N.° P.° G.° 28
Scansia N.° 2
Scaffale N.° 1

ARCHIVIO

SOTTOSEZIONE

COMUNE DI FOLIGNO

ARCHIVIO PRIORALE

3

DI STATO

FOLIGNO

STATVT:
FVLG:

ARCHIVIO

COMUNE DI FOLIGNO

ARCHIVIO PRIORALE

3

DI STATO

FOLIGNO

Municipio di Foligno

...vio Priorale

...ATUTI

...eg. I

...colo 3

...tatuti
...della
...ittà

Progressivo
...i volumi
3

1350-1443

Statuto del popolo

I r

I

II a

II V

STATUTUM FULGINEI.



Index Capitulorum Primi Libri

I. De Magnifici D. Gubernatoris Jurisdictione, ejusque obligationibus Pag. 25.
II. De Pretore, & ejus electione . . . . P. 28.
III. De adventu, & ingressu Pretoris . . . . P. 28.
IIII. De Juramento, & jurata promiſsione Pretoris . . . . . . P. 29.
V. De Officio Pretoris . . . . P. 30.
VI. De Collaterale D. Pretoris, & ejus electione . . . . P. 34.
VII. De juramento D. Collateralis D. Pretoris . . . . P. 35.
VIII. De officio D. Collateralis, & ejus Salario . . . . P. 36.
IX. De electione, & juramento Notarij Maleficiorum . . . . . P. 37.
X. De officio Notarij Maleficiorum, & solutionibus per eum recipiendis . . . . P. 37.
XI. De electione, officio, & salario Cancellarij D. Gubernatoris . . P. 39.
XII. De Socijs militibus D. Pretoris, eorumque juramento, & officio . . P. 39.
XIII. De electione Judicis appellationum, ejusque juramento, officio, obligationibus, & salario . . . . P. 40.
XIV. De electione, & officio Notariorum Causarum Civilium . . . P. 41.
XV. De sindicatu Officialium Civitatis Fulginei, Sindicatorumque electione, & officio . . . . P. 43.
XVI. De Nundinis faciendis in Civitate Fulginię, earumque Presidentibus, & eorum officio . . . . P. 43.
XVII. De electione Proconsulum Mercatorum, & Artificum, & eorum salario . . . . P. 45.
XVIII. Forma, qualiter procedatur coram Presidentibus Mercantię . . . . P. 46.
XVIIII. De modo servando in electione, & extractione DD. Priorum . . . . P. 47.
XX. De DD. Prioribus, & juramento per eos preſtando . . . . P. 49.
XXI. De auctoritate, & poteſtate DD. Priorum . . . . P. 51.
XXII. De electione Conciliariorum, & eorum juramento, & officio . . . P. 52.

XXIII. De his, qui tenentur venire ad Concilium . . . . P. 53.
XXIV. De auctoritate, & poteſtate Concilij . . . . P. 53.
XXV. De Novemviris, & eorum juramento, & officio . . . . P. 54
XXVI. De Conſervatoribus Legum, & eorum officio, & juramento P. 55
XXVII. De officio, juriſdictione, & juramento XX. de Numero . . . . P. 55.
XXVIII. De Cancellario Notario Reformationum Civitatis Fulginię, & ejus officio, & obligationibus . . . . P. 57.
XXIX. De Camerario Comunis Civitatis Fulginię, & ejus officio, & obligationibus . . . . P. 58.
XXX. De Magiſtro Domus, & Familia DD. Priorum . . . . P. 59.
XXXI. De juramento, officio, juriſdictione, & obligationibus Caſtellanorum, & Vicariorum Comitatus, Fortię, & Diſtrictus Fulginię . . . P. 60
XXXII. De electione Bajulorum, & eorum officio, obligatione, & mercede . . . . P. 62.
XXXIII. De officio Depoſitarij ad conſervandum Pignora per Officiales, & Bajulos Comunis accepta . . . . P. 63.
XXXIIII. De electione Sindicorum, & Maſsariorum Caſtrorum, Villarum, & eorum officio . . . . P. 64.
XXXV. De Caputconſulibus, & alijs Officialibus Conſulibus Societatum Civitatis Fulginię . . . . P. 65.
XXXVI. De Oratoribus mittendis . . . . P. 66.
XXXVII. De Advocato, & Procuratore Pauperum . . . . P. 66.
XXXVIII. De electione Medicorum, & eorum Salario, & obligationibus . . . P. 67.
XXXIX. De Pręceptore Ludi Litterarij, & ejus obligationibus . . . . . . P. 68.
XL. De electione, officio, & auctoritate Extraordinariorum Plateę . . P. 68.
XLI. Qualiter novi Cives recipiantur, & de habitantibus infra Confinia Societatum Caſtrorum, & Villarum Civitatis Fulginię, & factionibus faciendis per eos; et eorum privilegijs . . . . P. 69.
XLII. De Portenarijs Portarum Civitatis Fulginię, & eorum electione, & officio . . . . P. 69.
XLIII. De Edilibus, sive Magiſtris Stratarum . . . . P. 70.
XLIV. De Civibus ad Beccariam . . . . P. 70.
XLV. De Civibus super Projectis . . . . P. 71.
XLVI. De Depoſitario Pignorum executatorum, & ejus Salario, & officio . . . . P. 71.

XLVII. De Aſsiſtente venditioni Pignorum, & ejus officio, & Salario .. P. 72.

XLVIII. De Civibus super venditione Vini forensis .... P. 72.

XLIX. De Civibus super pretio Vini venalis .... P. 73.

L. De Civibus ad Carceratos .... P. 73.

LI. De Prefectis Archature, & eorum officio, & Salario ..... P. 74.

LII. De Prefectis Cavatine Fluminis .... P. 74.

LIII. De Locatoribus, sive Appentionatoribus Apotecarum tempore Nundinarum Fulginie .... P. 74.

LIV. De Collegio Excellentiſsimorum Doctorum .... P. 75.

LV. Modus eligendi Priorem sit, ut omnes Doctores imbuſsulentur, & in fine quorumlibet duorum Mensium per Priorem precedentem extractio novi Prioris fiat coram Notario, qui curam buſsule, & loci ipsius Collegij habere teneatur .... P. 76.

LVI. De Collegio, & Conſtitutionibus Notariorum ...... P. 77.

LVII. De Contractibus, alijsque Rogationibus scribendis, & in Libro ponendis .... P. 79.

LVIII. Quod Notarij faciant, & habeant Protocolla ...... P. 80.

LIX. De Contractibus, & alijs Scripturis non conficiendis per Notarium forensem, nec per Cives minores XX. Annis .... P. 80

LX. De Feſtivitatibus Annuntiationis, & Aſsumptionis B. Marie Virginis, & modo in eis servando .... P. 80.

LXI. De eodem quod fiant Caputdeces .... P. 81.

LXII. Capitula super mercede Notariorum Fulginatensium . P. 82.

LXIII. De Solemnitate, & forma observanda ad obtinendum licentiam extendendi, transumptandi, & publicandi Rogationes Notariorum defunctorum .... P. 84.

LXIV. Quod ordinamenta predicta Collegij sint perpetua .. P. 85.

Index Rubricarum Secundi Libri

I. De Ecclesiis, et Piis Locis Civitatis Fulginiæ conservandis . . . . Pag. 88.
Rub. I. primæ partis Stat. Comunis

II. De divisione Rerum mobilium, vel immobilium facienda . . . . . . P. 88.
Rub. XXXXIIII. p. par. St. Com.

III. De Rebus, quæ commodè dividi non possunt . . . . P. 89.
Rub. XXXV. p. par. Stat. Com.

IV. De hijs qui possiderint aliquam rem communem, et aliquam immiserint . . . . . P. 89.
Rub. XXXVI. p. par. Stat. Com.

V. De Rebus, quæ tenentur concessæ in Emphiteosim, et Canone solvendo . . . P. 90.
Rub. LXVIII. p. par. Stat. Com.

VI. Quod nullus recipiat ad scriptum aliquod Casalenum, in quo quis habeat Ædificium, et de pena recipientium . . . . P. 91.
Rub. XLVIIII. p. par. Stat. Com.

VII. De Tutore, et Curatore dando Pupillis, et Adultis . . . . P. 91.
Rub. LVII. p. par. Stat. Com.

VIII. De Curatore dando illi, qui malè fecerit facta sua . . . . . . P. 92.
Rub. LVIII. p. par. Stat. Com.

IX. De Conductoribus Terrarum, et Vinearum . . . . P. 93.
Rub. LX. p. par. Stat. Com.

X. De Laboratoribus Terrarum, et Vinearum . . . . P. 94.
Rub. LXI. p. par. Stat. Com.

XI. De Ædificiis pendentibus super Domum, & Ædificia aliena P. 95.
Rub. LXII. p. par. Stat. Com.

XII. De Denunptiatione novi operis . . . . P. 95.
Rub. LXIII. p. par. Stat. Com.

XIII. De emancipatione facienda, & modo in ea servando . . . . P. 96.
Rub. LXIIII. p. par. Stat. Com.

XIV. De Relictis, & ultimis Voluntatibus satisfaciendis, & etiam de male ablatis . . . . P. 97.
Rub. LXV. p. par. Stat. Com.

XV. Ut nulla persona cogatur ad testandum . . . . P. 98.
Rub. LXVI. p. par. Stat. Com.

XVI. De ratione reddenda per Tutores, & Curatores Pupillis. P. 98.
Rub. LXVII. p. par. Stat. Com.

XVII. De his qui dubitaverint, ne aliquis habeat aliqua Jura occulta in aliqua poſseſsione, quę forma servetur . . . . P. 98.
Rub. LXXII. p. par. Stat. Com.

XVIII. Quod nulla Statuta, seu Ordinamenta fiant contra libertatem Ecclesię . . . . P. 99.
Rub. LXXIII. p. par. Stat. Com.

XVIV. Quod nulla Capitula, seu Stantiamenta fiant, seu fieri poſsint contra Statuta, provisiones, & ordinamenta Civitatis Fulginei . P. 99.
Rub. LXXIV. p. par. Stat. Com.

XX. De in Jus vocando, & qualiter debeant fieri Citationes . . . . . . P. 100.
Rub. LXXV. p. par. Stat. Com.

XXI. De Judicijs, & Judiciorum ordine . . . . P. 101.
Rub. LXXVI. p. par. Com.

XXII. De negantibus paternitatem, filiationem, seu matrimonium . . . P. 102.
Rub. LXXVII. p. par. Stat. Com.

XXIII. De hijs, qui negaverint aliquem fuiſse, vel eſse Notarium publicum . . . . P. 102.
Rub. LXXVIII. p. par. Stat. Com.

XXIV. De executione Inſtrumentorum, & Actorum . . . . P. 102.
Rub. LXXVIV. p. par. Stat. Com.

XXV. De eodem . . . . P. 105.
Rub. LXXX. p. par. Stat. Com.

XXVI. De Feriis, & diebus feriatis . . . . P. 106.
Rub. LXXXI. p. par. Stat. Com.

XXVII. De Salariis solvendis in Causis . . . . P. 107.
Rub. LXXXII. p. par. Stat. Com.

XXVIII. De Summariis, & extraordinariis cognitionibus . . . . . . P. 107.
Rub. LXXXIII. p. par. Stat. Com.

XXIX. De Copia exhibenda Actorum, & Proceſs. facien.d Parti litiganti cum aliquo ex quacumque causa . . . . . . P. 107.
Rub. LXXXIV. p. par. Stat. Com.

XXX. De appellationibus, & petitione Consilij . . . . P. 108.
Rub. LXXXVI. p. par. Stat. Com.

XXXI. De eodem . . . . P. 109.
Rub. LXXXVII. p. par. Stat. Com.

XXXII. Quomodo, & qualiter deferri debeat Sacramentum par

ti de debito in negatione deducto, & de proba=
tionis beneficio reservando . . . . P. 110
Rub. LXXXVIII. p. par. Stat. Com.

XXXIII. De Arbitris receptis, & recipiendis, & modo per eos
servando . . . . P. 111.
Rub. LXXXIV. p. par. Stat. Com.

XXXIV. De eodem . . . . P. 111.
Rub. LXXXX. p. par. Stat. Com.

XXXV. De Usuris, & mutuantibus ad Usuram . . . . P. 113.
Rub. LXXXXI. p. par. Stat. Com.

XXXVI. De Alimentis preſtandis Mulieribus . . . . P. 113.
Rub. LXXXXII. p. par. Stat. Com.

XXXVII. De Succeſsionibus Mulierum ab inteſtato . . . . P. 114.
Rub. LXXXXIII. p. par. Stat. Com.

XXXVIII. De Mulieribus decedentibus ab inteſtato, & Quarta Dotis
applicanda Marito . . . . P. 115.
Rub. LXXXXIV. p. par. Stat. Com.

XXXIX. Quod Bona data pro Dote alicujus Mulieris adjuſtentur. P. 115.
Rub. LXXXXV. p. par. Stat. Com.

XL. Ut si quid datum fuerit in augumentum Dotis alicui
Mulieri, valeat . . . . P. 116.
Rub. LXXXXVI. p. par. Stat. Com.

XLI. De alienarum litium redemptoribus . . . . P. 116.
Rub. LXXXXVII. p. par. Stat. Com.

XLII. De Donationibus non faciendis . . . . P. 116.
Rub. LXXXXVIII. p. par. Stat. Com.

XLIII. De his qui habent Inſtrumentum omnium Bonorum,
vel majoris partis . . . . P. 116.
Rub. LXXXXIX. p. par. Stat. Com.

XLIV. De debito non petito infra decennium . . . . P. 117.
Rub. C. p. par. Stat. Com.

XLV. De Rebus mobilibus datis in tenutam qualiter
vendantur . . . . P. 117.
Rub. CI. p. par. Stat. Com.

XLVI. De Rebus immobilibus datis in tenutam qualiter vendantur . . . . P. 117.
Rub. CII. p. par. Stat. Com.

XLVII. Ut Tenutę datę per Curiam defendantur . . . . P. 118.
Rub. CIII. p. par. Stat. Com.

XLVIII. De contemptione inter Creditores quis potior sit in Jure . . . . P. 119.
Rub. CIV. p. par. Stat. Com.

XLIX. Ut Poteſtas de Contractibus non scriptis faciat fieri publica Inſtrumenta . . . . P. 119.
Rub. CV. p. par. Stat. Com.

L. Quod Poteſtas, & Capitaneus faciant observare omnes promiſsiones, & pacta . . . . P. 119.
Rub. CVI. p. par. Stat. Com.

LI. Qualiter extrahantur Rogationes Notariorum mortuorum . . . . P. 119.
Rub. CVII. p. par. Stat. Com.

LII. Quod in relictis usque in quantitatem decem libr. ſufficiat probatio trium Teſtium etiam Fœminarum . . . . P. 120.
Rub. CVIII. p. par. Stat. Com.

LIII. Quod prius conveniatur Principalis, quam Fidejuſsor . . P. 121.
Rub. CIX. p. par. Stat. Com.

LIV. Quod nullus vendat Bona sua, seu majorem partem ipsorum causa portandi ad aliam terram . . . . . P. 121.
Rub. X. tertię par. Stat. Com.

LV. De quietatione non facienda a Minore Tutori, seu Tutrici sine pręsentia Judicis ordinarij . . . . . . P. 122.
Rub. XVI. tertię par. Stat. Com.

LVI. Quod quilibet, qui se absentaverit, teneatur relinquere Procuratorem, seu Curatorem . . . . P. 122.
Rub. XVIII. tertię par. Stat. Com.

LVII. De Filijs familias, qui tenent Cambium, seu faciunt Mercantiam, quod poſsint se obligare . . . . P. 122.
Rub. XIX. tertię par. Stat. Com.

LVIII. Quod si aliqua Casalena, seu Ædificia eſsent communia inter aliquos, ex quibus apparent Inſtrumenta, sint rata . . . . P. 123.
Rub. XXI. tertię par. Stat. Com.

LIX. Quod quicumque habet unum Starium Terrę, seu minus juxta aliquem, qui tenet a duobus, vel pluribus latis, teneatur ei vendere . . . . P. 123.
Rub. CXXXIX. tertię par. Stat. Com.

LX. Quod quęcumque Personę ad eorum hospitia, aut Domos ascendunt, seu descendunt per unicas Scalas, non poſsint vendere . . . P. 123.
Rub. XXXVII. tertię par. Stat. Com.

LXI De hiis, qui habent aliqua Bona communia cum aliquo Forense . . . . P. 124.
Rub. XLII. tertię par. Stat. Fulg.

LXII. De Teſtamentis Mulierum . . . . P. 124.
Rub. CXXI. Stat. Populi.

LXIII. De Mulieribus malę famę expellendis . . . . P. 125.
Rub. CCIII. Stat. Populi.

LXIV. Quod Mulier ante ingreſsum faciendum per eam pro Moniali in aliquo Monaſterio poſsit donationem facere de Bonis suis Patri, aut Matri ipsius, & alijs quibuscumque, quibus ei placuerit . . . . P. 125.
Rub. CCXXXXIX. Stat. Populi.

INDEX

Brevium, in quibus confirmantur, & ampliantur Statuta, Reformationes, & Privilegia Comunis, & Civit. Fulg.

Bulla Card. Vitelleschi nuncupat. Ioannis Card. Florentini Ap. Sedis Legati in reductione Civit. Fulg. ad obedientiam Ecclę . . . . P. 126.

Breve Nicolai V., in quo confirmantur Statuta Civit. Fulg. P. 130.

Breve Caliſti III., in quo confirmantur Statuta, & Privilegia, & disponitur, quod Gubernator debeat residere in Civitate; quod Gubernator, & Officiales pro primis, & secundis Inſtantiis Sportulas recipere non poſsint; & quod Gubernatio, & Cuſtodia Arcium, Caſtrorum, Territorij &c. spectet ad Priores . . . . P. 131.

Breve Pij PP. II., in quo confirmantur Statuta, Reformationes &c. disponitur de Officio Damnorum Datorum, & Cuſtodię, de Caſtellanis Arcium, & Fortilitiorum, & de primis, & secundis Inſtantijs Causarum Civil., & Crim. . . . . P. 131.

Breve Pauli PP. II., in quo confirmantur Statuta &c. P. 132.

Breve Sixti PP. IV., in quo confirmantur Statuta &c. P. 133.

Breve Alexandri PP. VI., in quo confirmantur Statuta &c. & conceditur eligere Judicem ad Causas appellationum . . . . P. 133.

Breve Julij PP. II., in quo confirmantur Statuta &c. . P. 134.

Breve Pij PP. V., in quo disponitur, quod Causę Civ., & Crim. prim., & sec. Inſtantię cognoscantur in Civit. Fulg. P. 136.

Taſsa sopra la Mercede de Notarj de Maleſicj della Corte del Sig.r Gove.re, e Sig.r Podeſtà della Città di Foligno . . . . P. 137.

8v

Breve Pauli III., in quo ſtatuitur, quod in Causis Civ, & Crim. Terrȩ Gualdi Nucerinȩ Diȩcesis appellari poſsit ad Judicem Appellat. Civit. Fulg. . . . . P. 139.

Breve Pij P.P. V., in quo prȩscribitur, quod Prȩsidentes Cuſtodiȩ Nundinarum cognoscant omnes, & singulas Causas tam Civil. quam Crim. usque ad mortem inclusivè . . . . P. 140.

Breve Urbani VIII. in quo confirmatur Breve Pij V. . . . . P. 142.

Breve Benedicti PP. XIII., in quo confirmatur, quod Prȩsidentibus Nundinarum competat Jurisdictio etiam quoad Comitativos, & Diſtrictuales, & pro Delictis comiſsis in Territorio . . . . P. 145.

Breve Clementis P.P. VIII. in quo ſtatuitur, quod nullus Aromatarius poſsit convenire suos Debitores in alio, quam in Tribunali Proconsulum Mercaturȩ . . . . P. 146.

Breve Julij PP. III. revocatorium alterius Brevis, in quo concedebatur Vincentio Scagliono aggregatio ad Concilium . . . . P. 148.

Decretum Sac. Consultȩ favore Consilij . . . . P. 149.

Decretum Sac. Consultȩ favore Consiliariorum . . . . P. 149.

Breve Benedicti PP. XIV., in quo confirmatur Statutum disponens de aggregatione Consiliariorum . . . . P. 149.

Breve Antonij de Monte Card. Papien. Umbriȩ Legati a Latere, in quo enumerantur Obligationes Prȩf. nuncup. Num. de XX., & Pȩnȩ contra Offensores Prȩfectorum . . . P. 150.

Breve Urbani PP. VIII., in quo prohibetur, quod quȩ in Prȩf.a XX. de Num. tractabuntur, revelari poſsint sub Excommunicationis majoris pȩna . . . . P. 151.

INDICES

RUBRICARUM STATUTORUM VETERUM

COMUNIS, & POPULI

CIVIT. FULG.

Index Statuti Comunis .... Pag. 200.
Index Statuti Populi .... P. 211.

17v

STATUTUM

CIVITATIS FULGINIÆ

LIBER PRIMUS

REFORMATUS DE ANNO

1570.

De Magnifici D. Gubernatoris jurisdictione, ejusque obligationibus.

Cap. I.

Et si primo ingressu statuere, et statuendo premittere de electione, jurisdictione, et officio Pretoris, magis (juxta potestatem nostram) Nobis consonum, et a jure nostro non alienum fuisset; cum super facultate, et auctoritate Magnifici D. Gubernatoris, utpote de re ad officium nostrum minime pertinenti; ad S: D: N: sive ejus pro tempore Legatos, sive Vicelegatos statuere, et indulgere conveniat: Nihilominus recolentes literas quam plurimas in forma Brevium de benignitate Apostolica a Romanis Pontificibus Communitati, et Civitati nostre gratiosè concessas extare, de jurisdictione, et sup. auctoritate d.^{ti} Mag.^{ci} D: Gubernatoris loquentes, multaq. alia disponentes, obligantes respectivè, prout in eisdem literis Ap.licis emanatis, et obtentis latius continetur: Considerantes a dignioribus inchoandum fore, initium (annuente Divino Numine) sumpsimus, et premittere decrevimus de jurisdictione, facultate, et obligatione Mag.^{ci} D: Gubernatoris. Verum, quia sup. premissis Brevia, seu litere pred.^{te} loqui, et statuere videntur: eas, ad publicum omnium commodum, et ut Gubernatoribus pred.^{tis} apertius in notitiam veniant, et in earum observantiam libentius se accingant, et ne ut partipense a nobis, seu neglecte ommitterentur, Brevia, seu literas Ap.licas pred.^{tas} fideliter ex suo originali extractas, et de verbo ad verbum trasumptas, registrari, publicari, atque imprimi loco eorum, que sup. facultatibus, et jurisdictione d.^{ti} Mag.^{ci} D: Gubernatoris dici potuissent, mandavimus, ac concorditer deliberavimus: Addentes, inherendo tamen decretis, et constitutionibus emanatis ab Ill.mo, et R.mo Card.^{li} de Urbino Civitatis Perusie, hujusq. alme Provincie, et Civitatis nostre a latere Legato sub Capitulo primo, sive Rubrica incipiente. Que jura servanda in primis, ut Gubernatores pred.^{ti} obnoxij fiant, teneantur q. ante omnia servare Statuta nostre Civitatis, ac de observando juramentum in manibus Rev: Vicarij R.mi D: Episcopi Fulginatensis pro tempore existentis in ejus introitu prestare, et in dictorum Statutorum defectum constitutiones Marchie, et ubi ex his omnibus occurrenti casui provisum non reperiretur, jus Canonicum, vel Civile. Tenor Literarum, et Brevium supradictorum est qui sequitur infrascriptus, videlicet.

Paulus Papa III. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dile-
cti Filij, Communitas, et Homines Civitatis nostrę Fulginię, quod licet ex forma Statutorum
d.te Civitatis confirmatione Ap.lica roboratis Gubernator ipsius Civitatis pro tempore
exiſtens causas tertię Inſtantię dumtaxat cognoscere, et terminare poſſit: Causarum ve-
ro primę, et secundę Inſtantiarum tam Civilium, quam Criminalium cognitio ad Poteſta-
tem, et Judicem Appellationum ejusdem Civitatis respective pertineat: dispositumq. insuper
sit per Statuta pred.ta, cui penę pecuniarię, quas personę inobedientes, ac treguas frangentes,
et mandatis d.i Gubernatoris contravenientes incurrunt, applicandę sunt: Nihilominus
Gubernator ejusdem Civitatis, ejusq. Officiales, et Miniſtri ~~Statutis hujusmodi~~ minime
attentis ad alienam Meſſem falcem immittentes, sub varijs coloribus, et pretextibus, in
eo presertim confisi, quod super geſtis, per eos, ratione illorum officij ad Sindicatum
stare, ac aliàs de illis rationem reddere, prout Poteſtas, et Judex prefati faciunt, cogendi
non sint: Causas primę, et secundę Inſtantię hujusmodi audire, cognoscere, et terminare, ac
penas pred.tas sibi ipsis contra dictorum Statutorum tenorem applicare nituntur varia gra-
vamina Hominibus ejusdem Civitatis desup. inferendo, in maximam d.te Civitatis perturbatio-
nem, et Scandalum plurimorum. Quare pro parte Communitatis, et Hominum prefatorum
Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premiſſis opportune providere de benignitate
Ap.lica dignaremur. | Nos igitur considerantes parum eſſe Statuta fieri, nisi observentur,
Volentesq. quieti ejusdem Civitatis consulere: Communitatis, et Hominum prefatorum suppli-
cationibus hujusmodi inclinati, Volumus, et auctoritate Ap.lica statuimus, quod Gubernator,
et Miniſtri, ac Officiales prefati in Causis primę, et secundę Inſtantię hujusmodi, atrocioribus
criminalibus Causis, et Civilibus, quę quantitatem, seu valorem decem Ducatorum Auri de Camera
non excedant, in quibus inter Gubernatorem, et alios d.te Civitatis Judices preventioni locum eſſe
volumus, dumtaxat exceptis, etiam vigore quarumvis appellationum ad ipsum Gubernatorem
omiſſo medio interpositarum, aut recursus, vel cujusvis querelę, seu quovis alio pretextu, vel
quęſito colore se intromittere, penasq. pred.tas sibi ipsis applicare non poſſint, nec valeant,
diſtrictius inhibentes, sub excommunicationis pena moderno, et pro tempore exiſtenti d.te
Civitatis Gubernatori, ne contra presentium tenorem quomodolibet facere, dicere, vel veni-
re audeant, vel presumant. Irritum quoque, et inane decernentes si secus sup. his a quoquam,
quavis auctoritate contigerit attemptari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationi-
bus Ap.licis, nec non Privilegijs, Indultis, et literis Ap.licis ipsis Gubernatoribus sub quibuscum-
que

quę tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis, cęterisq. contrarijs quibuscumq. Datum Romę apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris. Die XVIII. Novembris M.D.XXXIIII. Pontificatus nostri Anno primo. Fabius Vigil.

Dilectis Filijs Communitati, et Hominibus Civitatis nostrę Fulginaten. Paulus Papa III. Dilecti Filij salutem, et Aplicam benedictionem. Cum sicut Nobis nuper exponi fecistis, dudum vos quasdam a Nobis in forma Brevis literas obtinueritis hoc sub tenore videlicet. Paulus Papa III. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filij, Communitas, et Homines Civitatis nostrę Fulginaten., quod licet ex forma Statutorum d.ę Civitatis confirmatione Aplica roboratorum: Gubernator ipsius Civitatis pro tempore existens Causas tertię Instantię dumtaxàt cognoscere, et terminare possit: Causarum vero primę, et secundę Instantiarum cognitio tam Civilium, quam Criminalium ad Potestatem, et Judicem Appellationum ejusdem Civitatis respectivè pertineat, dispositumque insuper sit per Statuta prefata, cui pęnę pecuniarię, quas personę inobedientes, ac treguas frangentes, ac mandatis dicti Gubernatoris contravenientes incurrunt, applicandę sunt: Nihilominus Gubernator d.ę Civitatis, ejusque Officiales, et Ministri; Statutis hujusmodi minime attentis, in alienam messem falcem immittentes sub varijs coloribus, et pretextibus, in eo confisi, quod super gestis per eos ratione illorum officij ad Sindicatum stare, ac alias de illis rationem reddere, prout Potestas, et Judices prefati faciunt, cogendi non sint: Causas vero primę, et secundę Instantiarum hujusmodi audire, cognoscere, ac terminare, ac penas prefatas sibi ipsis contra dictorum Statutorum tenorem applicare nituntur, varia gravamina hominibus ejusdem Civitatis desuper inferendo, in maximam d.ę Civitatis perturbationem, ac scandalum plurimorum. Quare pro parte Communitatis, et Hominum prefatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opportune providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur considerantes parum esse Statuta fieri, nisi observentur, Volentesq. quieti ejusdem Civitatis consulere, Communitatis, et Hominum prefatorum supplicationibus hujusmodi inclinati, volumus, et auctoritate Aplica Statuimus, quod Gubernator, et Ministri, ac Officiales prefati in Causis primę, et secundę Instantiarum hujusmodi, atrocioribus Criminalibus Causis, et Civilibus, quę quantitatem, seu valorem decem Ducatorum Auri de Camera non excedunt: in quibus inter Gubernatorem, et alios d.ę Civitatis Judices preventioni locum esse volumus dumtaxàt exceptis etiam vigore quarumvis appellationum ad ipsum Gubernatorem omisso medio interpositarum, aut recursus, vel cujusvis querelę, seu quovis alio pretextu, vel quesito colore se intromittere, penasque prefatas sibi ipsis applicare non possint, nec valeant districtius inhibendo sub excommunicationis pena moderno, et pro tempore existenti d.ę Civitatis Gubernatori, ne contra presentium,

tenorem quomodolibet facere, dicere, vel venire audeant, vel presumant. Irritum quoque, et inane decernentes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, nec non privilegijs, indultis, et literis Aplicis ipsis Gubernatoribus sub quibuscumque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis, ceterisq. contrarijs quibuscumque. Datum Romę apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, Die XVIII. Novembris M.D.XXXIIII. Pontificatus Nostri Anno primo. Et licet Statuta hujusmodi longo tempore usu recepta fuerint, ac d.t Gubernator, alijque ejus Officiales, et Ministri propterea ipsis literis (ut par est) parere, et illis in aliquo contravenire minime debuissent. Nihilominus tam idem Gubernator, ejusque Officiales, et Ministri: ac etiam Sedis Aplicę Perusię, et Umbrię Legatus, Vicelegatus, Auditores, et alij Judices, et Officiales eisdem literis minime attentis sub varijs pretextibus Causas primę, et secundę Instantiarum hujusmodi audire, cognoscere, ac terminare nituntur, in maximum ejusdem Civitatis gravamen, et prejudicium. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis de opportuno remedio providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ut premissa eò firmius observentur, quo recentiori munimine fuerint roborata: preinsertas literas ex certa nostra scientia approbantes, et confirmantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero moderni, et pro tempore existentes Gubernator, ac Legatus, Vicelegatus, Auditores prefati, eorumq. Ministri, et Officiales in Causis primę, et secundę Instantiarum hujusmodi etiam vigore quarumvis appellationum ad eos omisso medio interpositarum, aut recursus, vel cujusvis querelę, seu quovis alio pretextu, vel quesito colore contra preinsertarum literarum hujusmodi tenorem se intromittere non possint, nec valeant eadem auctoritate Aplica tenore presentium Statuimus, et ordinamus districtius inhibentes Legato, nec non Vicelegato, Gubernatori, et Auditoribus prefatis, eorumq. Ministris, et Officialibus, alijsq. Judicibus, et personis, ne contra preinsertarum, et presentium literarum tenorem quicquam dicere, aut facere, vel venire audeant, seu presumant. Decernentes sic per quoscumq. Judices tam Ecclesiasticos, quam seculares quavis auctoritate fungentes judicari, et diffiniri debere sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus dilectis filijs Curię Causarum Camerę Aplicę generali Auditori, vel ejus Locumtenenti, et Vicarijs Venerabilium Fratrum nostrorum Spoletin., et Camerinen. Episcoporum in Spiritualibus generalibus per presentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios preinsertas, ac presentes literas

ubi

ubi, et quando, aut quoties opus fuerit publicantes, faciant auctoritate nostra easdem preinsertas, ac presentes literas firmiter, et inviolabiliter observari: Contradictores quoslibet, et Rebelles per Ecclesiasticas Censuras, et penas appellatione postposita compescendo. Invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij Secularis. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac quibusvis privilegijs, indultis, et literis dictis Legato, Vicelegato, Gubernatori, et Auditoribus, eorumq. Ministris, et Officialibus, alijsq. Judicibus, et personis sub quibuscumq. tenoribus, et formis in prejudicium premissorum concessis, confirmatis, et etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis, confirmandis, et innovandis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumq. tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quevis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro plenè, et sufficienter expressis habentes. Illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxàt specialiter, et expressè derogamus, ceterisq. contrarijs quibuscumque. Aut si supradictis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Aplicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod pro tempore existens Legatus, seu Vicelegatus prefatus civiles Summam, seu valorem trecentorum Ducatorum Auri excedentes, ac Criminales, in quibus ultimi Supplicij, seu alia corporalis pena, de jure communi imponenda veniet: ac aliàs cum publicum scandalum oriri formidatur: Causas ad partis instantiam, seu ex officio, vel aliàs quomodocumq. juxta ejus facultates etiam preventus audire, cognoscere, et terminare minime impediatur. Datum Romę apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris. Die V. Aprilis M.D.XLVIII. Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo. Blo. El. Fulgin.

Paulus Papa III. Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut dilecti Filij Communitas, et Homines Civitatis nostrę Fulginaten. Nobis exponi fecerunt Barisellus, Scalchi, et Socij Milites, et alij Executores, ac Birruarij nuncupati, aliquo delicto, seu excessu in ipsa nostra Civitate, vel ejus Comitatu, et districtu commisso: antequam Delinquentes condemnati extant, executiones contra ipsos delinquentes faciendo, ab ipsis delinquentibus pro eorum executionibus hujusmodi solutionem ad eorum arbitrium recipere, et exigere consueverint in maximum ipsorum Communitatis, et Hominum ejusdem nostrę Civitatis, et illius Comitatus, et districtus prejudicium. Et si per Nos quod executiones ipsę, nisi postquam Rei condemnati fuerint, non fierent: Ac quod pro tempore existens ejusdem nostrę Civitatis Gubernator in fine sui officij Sindicatui stare, et ad id in principio ejus officij obligare, et idoneè cavere deberet, et teneretur per Nos statueretur, et ordinaretur, profectò felici regimini, et gubernio, ac indemnitati Civitatis,

Comitatus, et Districtus hujusmodi non modicum consuleretur. Quare pro parte dictorum Communitatis, et Hominum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opportunè providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati. Quod de cetero quicumq. Barisellus, Scalchi, et Socij Milites, et alij Executores, nec non Birruarij nuncupati in Civitate, Comitatu, et Districtu predictis aliquas executiones tam contra personas, quam eorum Bona, nisi decreto prius contra personas, et Bona hujusmodi per Judicem mandato, ac ipsius mandati vigore facere. Nec non ratione executionis pro quacumque Criminali Causa de cetero faciende quicquam a dictis delinquentibus, nisi juxta Taxam p Nos in quibusdam nostris literis ejusdem Communitati, et Hominibus nuper p Nos concessis specificatam exigere non possint, neque debeant. Ac modernus, et pro tempore existens de nostre Civitatis Fulginie Gubernator Sindicatui in fine sui officij coram Loci ordinario, vel ejus in Spiritualibus Vicario, ac una persona p Communitatem, et Homines hujusmodi deputanda, nec non ejus in officio Successore stare, et se ad id, ac de sententie p ipsos Sindicatores proferende parendo, quicumque post modernum pro tempore existens Gubernator in principio ejus officij obligare, et idoneè cavere debet, et teneatur: ac ad id omnibus juris, et facti remedijs opportunis cogi possit auctoritate Aplica tenore presentium perpetuò statuimus, et ordinamus decernentes irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Mandantes dilectis filijs Curie Camere Aplice generali Auditori, et Vicarijs Venerabilium Fratrum Fulginaten. et Assisien. Episcoporum in Spiritualibus generalibus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios premissa omnia perpetuò, et inviolabiliter observari faciant. Contradictores quoslibet, et Rebelles per quasvis Censuras, et penas Ecclicas, et pecuniarias eorum arbitrio moderandas, et applicandas: aliaque juris, et facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac Statutis, et consuetudinibus, nec non privilegijs, indultis, et literis Aplicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ac concedendis, confirmandis, et innovandis. Ceterisque contrarijs quibuscumque.
Datum Rome apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die IIII. Julij M.DXXXXVIII.
Pontificatus nostri Anno quartodecimo. Blo: El. Fulgin.

Paulus Papa III. Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut ad aures nostras non sine gravi animi nostri displicentia pervenit, Barisellus, Scalchi, et alij Executores Civitatis

nostre

nostrę Perusię dilectos Filios Communitatem, et Homines Civitatis etiam nostrę Fulginaten. in executionibus Causarum tam Civilium, quam Criminalium, quas tam in ipsa Civitate Fulginatensi, quam extra eam per totum illius Comitatum, et Districtum hactenus fecerunt, et in dies faciunt, plus debito ab eis, pro executionibus hujusmodi recipiendo gravaverint hactenus, et gravent: Nos ejusdem Civitatis Fulginatensis Communitatem, et Homines paterna benevolentia prosequentes, ac in premissis, prout Nobis incumbit, providere volentes. Quod de cetero moderni, et pro tempore existentes Perusię, et Umbrię Bariselus, Scalchi, Executores, Subexecutores, Birruarij, vel alias nuncupati, alijque Officiales, et Executores quacumque auctoritate fungentes, ac quomodolibet deputati, et deputandi in Executionibus quarumcumque tam Civilium, quam Criminalium Causarum intus, et extram dictam Civitatem Fulginatensis, et per totum illius Comitatum, et Districtum per eos faciendis ab ipsis Communitate, et Hominibus videlicet in Executionibus quibuscumque Civilibus ex quacumque causa commissis, et relaxatis intra bononenum unum pro quolibet Scuto, extra vero ipsam Civitatem Fulginaten. et per totum illius Comitatum, et Districtum dimidium grossum. In Criminalibus vero executionibus ex quacumque Causa faciendis intra dimidium, extra vero Civitatem Fulginaten. prefatam, et totum illius Comitatum, et Districtum integrum grossum etiam pro quolibet Scuto, et non ultra exigere, et habere debeant auctoritate Ap̃lica tenore presentium ex certa nostra scientia perpetuò Statuimus, et ordinamus, ac sub Excommunicationis, et officiorum privatione, ac ducentorum Ducatorum Auri Camerę Ap̃licę applicandorum penis eo ipso si contrafecerint incurrendis, observari volumus, eisque districtè precipiendo mandamus. Et nihilominus dilectis Filijs d.s Civitatis Perusię Legato, seu ejus Vicelegato, et d.s Civitatis Fulginatensis Gubernatori, ac Vicario Venerabilis Fratris Episcopi Fulginaten. in Spiritualibus generali per presentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, et in eis contenta quecumque sub eisdem, et alijs eorum arbitrio imponendis, et applicandis penis perpetuò inviolabiliter observari faciant. Contradictores quoslibet, et Rebelles per supradictas, et alias Censuras, et penas Ecclicas, aliaque opportuna remedia appellatione postposita compescendo: Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Ap̃licis, ac privilegijs, indultis, et literis Apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romę apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris; Die XV. Aprilis M.D.XLVIII. Pontificatus nostri Anno quartodecimo.

Blo. El. Fulgin.

De Pretore, & ejus electione. Cap. II.

Ad Rempublicam Civitatis Fulginię rectè gubernandam, et salubriter conservandam, duximus, Pretorem in ea valdè necessarium esse: ideo de Pretore, et ejus electione statuere deliberavimus, ordinantes, et decernentes, Pretorem d.ę Civitatis pro tempore eligendum ad sex Menses tantum, esse debere de loco distanti a d.a Civitate per quindecim Milliaria ad minus, et de alio loco oriundum, quam Precessor ejus fuerit, et aliàs non exercuisse d.m officium, vel aliud in d.a Civitate ab annis quinque, aliasq. saltem per semestrale tempus eum exercuisse aliquod officium Preturę, vel Judicatus alicujus alterius Civitatis, vel Terrę, et aliter eum proponi, et eligi non posse, nec debere, et electionem si qua fieri contingerit contra formam presentis Capituli, nullam fore, et esse, nullamque roboris firmitatem habere: Electionemque ejus, qui fuerit de loco distanti, et exercuerit officium ut supra infrascriptis modo, et forma faciendam videlicet, quod Magnifici DD: Priores Civitatis pred.ti, qui pro tempore fuerint facta ipsis de premissis, debeant, et teneantur sub vinculo prestiti juramenti, et pena 25. librarum denariorum pro quolibet dictorum DD: Priorum Communitati d.ę Civitatis ipso facto applicandorum, tempore, quo eis videbitur congregari facere loco, et more solitis, et consuetis Magnificum d.ę Civitatis Consilium Centumvirale, eoque in sufficienti numero congregato, seu coadunato (ut moris est) proponere debeant, aut eorum Confalonerius, sive Caput Prior nomine omnium debeat propositam facere de eo, qui quęrat Pretor eligi, seu Preturę electionem consequi, an placeat illum ad talem electionem eligere, seu illi eam concedere. Et redditis super tali proposita Decurionum Consiliis, illisque, aut aliquo eorum, prout dictis Magnificis DD: Prioribus, et Novemviris d.ę Civitatis magis placuerit (ut moris est) ad Scrutinium positis, seu posito, et suffragiis quorumcunque postea redditis, videre, an placuerit eidem electionem concedere premissam. Et si repererint eam placuisse, et per duas partes de tribus obtentam, talis electio, sic ut supra premittitur facta, valeat, et teneat, et omnimodam, et irrevocabilem habeat firmitatem, et si aliter fieret, non valeat, et sit penitus, et omnino nulla.

De adventu, & ingressu Pretoris. Cap. III.

Statuimus, et ordinamus, quod Pretor Civitatis Fulginię, qui pro tempore fuerit electus, et electionem acceptaverit: confirmationemque electionis a S: D: N: habuerit, debeat se conferre

ferre una cum omnibus suis Officialibus, totaque ejus Familia, omnibus suis sumptibus, et expensis, absque aliquo d.æ nostræ Civitatis interesse, per biduum ante, quam ineat officium, ad Ecclesiam S. Mariæ in Campis prope Civitatem præd.am existentem, ibique per dictum biduum, aut per unam diem, et noctem permanere, eidemque Ecclesiæ dare, et dimittere duos Ducatos Auri. Quodque in die, quo aditurus est officium cum dictis Officialibus, et Familia, ac cum Vexillis apertis, cæterisque solemnitatibus solitis, et requisitis se conferre ad Ecclesiam S. Feliciani d.æ Civitatis Protectoris ante se ferri faciens Bravium unum Sericeum valoris florenorum decem monetæ papalis, dandum, et dimittendum una etiam cum uno Ducato Auri Ecclesiæ prædictæ S. Feliciani, et duas pateras argenti ligarum octo, et unciarum sexdecim suis Armis ornatas dandas, et dimittendas pro usu Palatij d.æ Civitatis Residentiæ MM: DD: Priorum, et quod si absque dictis confirmatione, solemnitatibus, et Rebus accesserit ad officium, non admittatur. Eodemque die coram Conservatoribus Legum, et in manibus Cancellarij Communitatis præd.æ juramentum in forma solita præstare debeat, et teneatur de bene, et fideliter exercendo suum officium, et de servando d.æ Civitatis capitula, et Statuta quæcumque, ac Reformationes, tam editas, quam edendas, et præsertim Capitula edita in favorem Montis tam Pietatis, quam Frumentarij, et in favorem Civium nostrorum ad extraordinaria deputatorum, maximè contra inobedientes eorum mandatis, et aliàs prout in Capitulo sub Rubrica de Juramento Pretoris inferius descripto, et annotato.

De Juramento, & jurata promissione Pretoris.
Cap. IIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod D. Pretor Civitatis Fulginiæ, ejusque Comitatus, Fortis, et Districtus teneatur, et debeat juramentum præstare, et jurando promittere sub infrascriptis modo, forma, et continentia, videlicet. Deo Optimo, Maximoque invocato. Ego Pretor Civitatis Fulginiæ, ejusque Comitatus, et Districtus juro, et juramento promitto, Deo Omnipotenti, et Cancellario Magnificorum DD: Priorum Mag.cæ Civitatis Fulginiæ presenti, acceptanti, et stipulanti nomine, et vice Communis Fulginiæ, et spetialium personarum ipsius, omniumque quorum interest, interierit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, ad delationem d.i Cancellarij libro corporaliter manu tacto, ad Sancta Dei Evangelia fidem Catho-

licam, secundum Aplicam, et evangelicam doctrinam servare, fidelemque fore, et esse S. D. N. S. Sedi Aplicę, Illmo, et Rmo D. Legato Perusię, Umbrieque, ejusque Rmo Vicelegato, ac D: Gubernatori Civitatis Fulginię, nec non Communitati, et Consilio ejusdem Civitatis: Civitatemque ipsam, et Populum mihi commissum a die principij mei Regiminis usque ad finem: libertatem, honorem, jurisdictionem, statum pacificum ejusdem regere, et defendere, conservare, manutenere, et pro posse augumentare: Cives populares, et Comitativas personas omnes ejusdem Civitatis, Populi, et Comitatus, cujuslibet etatis, sexus, status, gradus, conditionis, et qualitatis, et presertim Religiosas personas, Viduas, Pupillos, et alios miserabiles Homines: Et Ecclesias, Hospitalia, Loca Religiosa, et eorum bona, et jura. Officium Magnificorum DD: Priorum, Novemvirorum, Presidentium Justitię, Viginti de Numero nuncupatorum: Superstitum Nundinarum: Octo Montis Pietatis, et aliorum forsan deputatorum a d.a Communitate, et Concilio: Artes, et Artificels d.ę Civitatis, ac Comitatus ejusdem. Statuta omnia, Capitula etiam mihi transmissa tempore meę mihi transmissę electionis, Reformationes, ordinamenta, provisiones, et decreta facta, et in futurum facienda per d.os DD: Priores, et Consilium d.ę Civitatis, et per quoscumque alios auctoritatem habentes, et in eis contenta attendere, et penitus observare, et observari facere. Et stare cum tota Familia, et Equo quam, et quem tenere debeo ad dictum officium regendum, et exercendum: Et continuè permanere in d.a Civitate Fulginię pro eo administrando pro Salario tantum per dicta Statuta constituto pro me, meisque Officialibus, et tota mea Familia, et mihi in electione transmissa, et Capitulis ejusdem expresso, et declarato, ac promisso: et ei stare, et acquiescere, et ultra id, aliquid non petere, nec recipere: nec peti, et recipi facere: nec petere aliquod aliud arbitrium, vel licentiam, sed stare, et acquiescere arbitrio, et licentię mihi per Statuta concessis: Insuper de d.a Civitate non discedere, sed stare ut supra cum tota Familia, Officialibus, et Equo; et in ea moram trahere, nisi item causa d.i Communis, aut officij exercendi, vel alias cum licentia d.i Magnifici Concilij d.ę Civitatis, vel nisi mea Familia, aut aliquis ex ea, iret ex causis ut supra, vel aliqua earum: Et per me, vel alium, seu aliquem de mea Familia, vel submissam et personam aliquam, aliquod ensenium, donum, vel prestantiam, commodatum, sive depositum in pecunia, vel Rebus alijs, aut partem aliquam condemnationis, seu banni ab aliqua de d.a Civitate, vel ejus Comitatu, vel Incola, aut Advense, aut aliquod aliud mihi prohibitum per premissa

Statuta

Statuta, Reformationes, provisiones, capitula, et decreta non recipere, nec acceptare: Justitiam cuilibet petenti facere, et per meos Officiales fieri facere, et ipsam nemini denegare; punire Hereticos, Scismaticos, eorumque Receptores, Fautores; Homicidas, Veneficos, Falsarios, Fures, Latrones, Sacrilegos, Incestuosos, Adulteros, Precursores, et alios quoscumque Malefactores, et male conditionis homines, juxta juris Censuram: Et Bannitos, et alios Rebelles in manibus, et in fortia mea habere, et punire quantum in me erit, procurare: Executiones facere, et fieri facere per meos Officiales pro Mercede mihi, et eis taxata, et non majori: Collectas impositas, et imponendas non solutas: et condemnationes, et omnes Redditus d.ᵗ Communis exequi, et ad manus Camerarij Communis predicti, et non alterius perveniri facere: Offerentes nobis aliquid illicitum, et Simoniacum revelare, et manifestare in Consilio d.ᵉ Civitatis: Habereque semper manus meas puras, et candidas, et ab hujusmodi illicitis perceptionibus nunquam pollutas: Stareque finito meo officio cum tota mea Familia, et Officialibus in d.ᵃ Civitate ad reddendum rationem nostri officij per tempus in Statutis, et Capitulis d.ᵉ Civitatis contentum, cuilibet de nobis, vel aliquo de nostris Officialibus, et Familia conquerenti: Nec facere nos, aut aliquem de nostra Familia, vel Officialibus absolvi officio nostro durante: Et Sindicatoribus nostris, eorumque Consultoribus taxatum nobis salarium solvere, et eorum sententie acquiescere, et non appellare ab ea, aut de nullitate dicere, aut supplicare. Et quod aliquis ex nostris Officialibus, et Familia non appellabit: Et quod nec aliquid opponam, vel obiciam, vel obtinere procurabo: nec oppones, obijcies, et obtinere procurabis. Et casu quo appellarem, vel appellares: de nullitate dicerem, vel diceres, et obtinerem, vel obtineres appellari posse, et appellatione uterer, vel uteretur: volo quod ea sit, et esse debeat ex nunc prout ex tunc, et contra, nulla, irrita, et inanis, et pro nulla, nulliusque momenti habeatur, et quod in ea non audiar, neque audiatur, et ei ex nunc prout ex tunc, et contra renuntio: Et volo, atque intendo, quod per eam executio dicte eorum sententie aliquo modo non retardetur, aut impediatur. Et quod circa custodiam d.ᵉ Civitatis, Castrorum, et locorum, et Fortilitiorum, et Comitatus, et districtus per me, et Officiales meos, et Familiares ero sollicitus, et attentus: Familiamque meam mittam de die, et de nocte pro custodia Civitatis inquirendo, et rimando pro euntibus, et facientibus contra formam Statutorum, et ordinamentorum predictorum. Et quod omnia alia, et singula faciam, et per meos Officiales fieri

faciam, ad quę teneor, et tenentur vigore alicujus Statuti, Reformationis, provisionis, Capituli, aut decreti d.æ Civitatis benè, et legalitèr, et puris manibus, amotis odio, amore, timore, prece, pretio, fraude, lucro illicito, et omni alia humana gratia, et eorum aliquod non pretermittam sub penis, de quibus in d.is Statutis, Reformationibus, Capitulis, provisionibus, et decretis d.æ Civitatis respectivè incurrendis, secundum emergentiam casuum, in quibus contraventum fuerit, et applicandis prout in eis.

De officio Pretoris. Cap. V.

Quoniam ubi fidei fundamentum deest, nihil boni superedificari potest. Statuimus, et ordinamus in primis, volumusque Pretorem d.æ Civitatis sub tali religione versari, quam divum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso instituta, declarat. Ipsum deinde fidelissimum, ac devotissimum fore, et esse Sacrosancte Romanę Ecclesię, S.: D. N., et Communitati Civitatis Fulginię. Et quod idem Pretor teneatur nedum ad omnia, et singula observanda, et adimplenda, quę expressa, et specificata apparent, et leguntur in Statuto, seu Capitulo proximè precedenti sub Rubrica de juramento Pretoris, vigore prestiti juramenti, et sub penis jam dictis, quę omnia hic pro expresse repetitis, et specificatis haberi volumus. Sed etiam ad omnia, et singula infrascripta vigore dicti prestiti per eum juramenti, et sub penis incurrendis, et applicandis, prout inferius, si contrafactum fuerit, in illis, aut eorum aliquo videlicet, ut idem Pretor continuè in memorato officio retinere debet toto tempore sui officij suis sumptibus, salario, et expensis infrascriptos Officiales, videlicet, unum Collateralem legum doctorem, expertum, sufficientem, et idoneum per Magnificos DD: Priores, et Consilium d.æ Civitatis eligendum juxta Capitulum inferius positum sub Rubrica de electione Collateralis, et ejus officio, cui per semestre pro ejus salario dare, et solvere teneatur de suo Florenos sexaginta papales: Ac duos Socios Milites probos, et expertos: duos Notarios extraordinariorum legales, quorum nullus sit oriundus ex loco, qui saltem ad minus non distet a Civitate pred.a per Milliaria quindecim, et quorum aliquis non gesserit officium in d.a Civitate per quinquennium, Famulos duodecim armis aptos, et competenter Armis, ac Vestibus munitos: Domicellos suos, et Equum unum bonum, et apparentem valoris ad minus viginti Scutorum auri: De quorum nominibus, et Cognominibus, ac locis, in quibus sunt oriundi, et signis respectivè, notulam dare debeat Mag.cis DD: Prioribus, et Conservatoribus d.æ Civitatis, per dictos DD: Priores, et Conservatores

servatores legum Cancellario d.æ Civitatis tradendam, et per eum conservandam. Et de illis resignationem, seu monstram facere teneatur singulis quindecim diebus coram dictis DD: Prioribus, et legum Conservatoribus, vel saltem aliquo dictorum Conservatorum, aut alias toties quoties eis, aut solis dictis DD: Prioribus visum fuerit, eorumque libero arbitrio infra pauciores dies, et brevius tempus. Et qui cassationi, et correctioni eorundem subjecti sint, incurratque præfatus D. Pretor toties penas infrascriptas, aut aliquam earum respectivè in casum contraventionis, quoties inventus fuerit supradictos, aut aliquem eorum non retinere, et hoc modo videlicet. Pro Collaterali non retento, seu puntato penam decem Ducatorum auri, pro quolibet Socio milite penam duorum Ducatorum auri: Pro quolibet Notario extraordinario penam unius Ducati Auri: Pro quolibet Famulo, seu Birruario, et Equo Carlenorum octo, pro quolibet Domicello Carlenorum quatuor solvendam, ac statim exigendam de Salario dicti D. Pretoris per Camerarium dicti Communis a Ministris Cameræ pro ipso Communi, et ad ejusdem utilitatem. Teneatur etiam toto tempore suæ Preturæ, postquam illam inceperit in Palatio dicti Communis sibi deputato continuè habitare, et residere, et non alibi. Nec possit ire ad alicujus alterius Civitatis, vel Terræ regimen, vel officium aliquod, dicta Pretura durante, sed stare, et non discedere debeat de dicta Civitate, ejusque officio sub pena quinquaginta Ducatorum Auri de ejus Salario retinendorum, et exigendorum, ut supra in casum contraventionis quod non perfectum fuerit ut supra. Teneatur etiam Sceptrum justitiæ in suis manibus deferre, et Domicellum unum ante se ducere, cum Pileo, et Ense juxta laudabilem consuetudinem quoties de Palatio suæ solitæ residentiæ de die exire contigerit. Et curare quod ejus Socij milites per dictam Civitatem eantes Clavas deferant ad penam unius Ducati Auri applicandam dicto Communi, et de ipsius salario pro ipso Communi exigendam, et retinendam ut supra pro qualibet vice in casum contraventionis cujusque respectivè. Teneatur etiam portare literas validas suæ Communitatis, quarum virtute eadem Communitas se obliget non concessuram Represalias, et se quomodocumque eis habitis, aut sibi concessis non usurum: Ac se non impetraturum eas quoquo modo ob Salarium prædictum a Camera, sive ejus Ministris sibi non solutum, aut ob condemnationem contra se, vel suos Officiales, aut aliquem eorum latam, et factam in Sindicatu. Nec possit extra Civitatem Fulginij pernoctare, nisi causa officij, et pro exequendo dicto suo officio. Et minus se absentare a dicta Civitate ex aliqua alia causa, nisi prius obtenta licentia a Mag.co Consilio d.æ Civitatis, et Potestas, qui se absentaverit per aliquos dies, aut aliàs solum extra Civitatem

pernoctaverit sine licentia ut supra durante dicta Pretura, cadat in penam Centum librarum denariorum applicandam dicto Communi ipso facto, et per Camerarium dicti Communis exigendam, et in ipsum Commune transferendam: Idemque ~~Pot~~ Pretor possit, et teneatur cognoscere de Causis Civilibus, et Criminalibus, ac extraordinariis, ipsasque terminare, et deffinire: Et facere debeat singulis Mensibus condemnationes de Maleficiis. Et teneatur Jura Communis Fulginie defendere, ac tueri, et pro ipsis inveniendis, defendendis, et conservandis investigare omni, qua poterit exactiori diligentia. Et teneatur cunctis petentibus Jus, et Justitiam ministrare. Et sedere publicè, et palam pro Tribunali ad ejus solitum Bancum Juris ad Jus reddendum, et Causas audiendum de mane in loco consueto sue solite Residentie omnibus diebus juridicis a sono pulsate Campane pro jure reddendo usque ad Tertias. Et in Causis Criminalibus ad inquisitiones, et Acta scribenda habebit deputatum Notarium maleficiorum: In Causis vero Civilibus habebit tres Notarios de d.a Civitate Fulginie, qui pro tempore extrahentur de Buxulo Notariorum d.e Civitatis facto per Magnificum Consilium d.e Civitatis, et qui Acta Civilium Causarum conscribent, et se circa Criminalia, vel dependentia ab illis non intromittent, sicut et Notarius Maleficiorum predictus circa Civilia, annexa, et emergentia, ac dependentia ab illis quomodolibet se intromittere non debet pena a quolibet eorum in predictis contrafaciente 25. librarum denariorum qualibet vice incurrenda, et Communi predicto Fulginie applicanda: Teneatur etiam Querelas omnium audire, et accusatorum, ac Sindicorum, et aliorum ad quos spectat denuntiationes recipere, audire, cognoscere, et excusationes, et Testes diligenter examinare, et alia facere, que viderit facienda, et ad ejus officium spectare, et pertinere: Ejusque, et alias Causas quascumque, et inquisitiones ad querelas, seu ex officio institutas deffinire, et deffiniri facere per suos Officiales infra tempus statutum, et ordinatum per Commune d.e Civitatis. Et tractare inter Partes de Concordia facienda si de partium fieri poterit voluntate. Ac consuetudines laudabiles, et approbatas observare, et tractare, et facere teneatur omnem honorem, et utilitatem Civitatis Fulginie, et habitantium in ea: Non tamen possit alicui preceptum facere, nisi sub pena 25. librarum denariorum: Nec aliquem invitum cogere ad abolendum, seu aboleri faciendum, seu cassari aliquem Processum, vel aliquam condemnationem: Nec debeat alicui aliquam verecundiam

diam, injuriam, vel damnum inferre: Nec prohibitionem facere, ne jus suum, vel Amicorum suorum petat, aut proponat: Nec habeat ipse Pretor, nec aliquis de sua Familia, et Officialibus nimiam conversationem, et familiaritatem cum aliquo Fulginate: Et non possit ipse, nec aliquis eorum aliter hospitari, nec comedere, aut bibere cum aliquo Fulginate, vel habitatore ipsius Civitatis, Clerico, vel Laico in ipsa Civitate. Sed extra ipsam possit cum Fulginatibus bibere, et comedere, quando pro aliqua ambasiata pergeret cum eisdem: Et quod si contigerit ipsum Pretorem, quandoque ire pro aliqua re pertinenti ad ipsam Communitatem cum suo equo, non possit, nec debeat habere, nec petere aliquo modo aliquam vecturam dicti equi, aut aliquam mercedem sui, et suorum pro accessu predicto a d.° Communi, seu ejus Camerario. Et si contrafecerit, perdat de suo Salario libras denariorum quinquaginta habendas, et applicandas ut supra: Item dictus Pretor faciat, et fieri faciat per ejus Officiales condemnationes forensium, secundum formam Statutorum d.ę Civitatis cum eis, quę occurrerint facienda; et si aliter faceret, in 50. libras denariorum Communi Fulginię ut supra condemnetur. Et quod dictus Pretor, et ejus Officiales nihil possint in pecunia, vel rebus petere, vel habere ab aliquo ex quacumque causa captivo Civitatis Fulginię, vel ejus Comitatus, et Districtus, quem aliquis detineret, seu detineri faceret in Carcere ad penam prestiti juramenti, et 25. librarum denariorum, a quolibet eorum de Salario cujusque eorum contrafacientis auferenda, habenda, et applicanda, ut dictum est. Et ipse Pretor teneatur dictos Carceres custodiri facere suis expensis. Et si aliquis detineretur in dictis Carceribus occasione alicujus Maleficii, seu debiti pro aliqua pecuniaria quantitate, qui aufugeret de dictis Carceribus, quod ipse Pretor teneatur ad restitutionem, et solutionem debiti, pro quo esset detentus, vel condemnatus occasione condemnationis de eo factę. Et si detineretur pro aliquo maleficio, pro quo pena mortis esset imponenda, vel imposita, vel alia quavis corporalis in Mille librarum denariorum penam incidat dictus Pretor applicandam dicto Communi ultra penam juris communis. Item quod de Causis tam Civilibus, quam Criminalibus, ordinarijs, commissarijs, ac alias quomodocumque coram eo agitandis, non possit, nec debeat Sportulas accipere a Fulginatibus, seu habitatoribus dictę Civitatis, ejusque Comitatus, et Districtus. Item quod in executionibus quarumcumque Causarum Civilium per ipsum, aut aliquem ex ejus Officialibus faciendis, etiam ex quacumque causa commissis, et relaxatis, non possit petere, habere, et exigere nisi bononenum unum pro quolibet Scuto intra Civitatem, extra vero Civitatem, et per

32v

totum illius Comitatum, et Districtum duos bononenos. In Criminalibus vero Executionibus etiam ex quacumque causa faciendis intra dimidium grossum, extra vero Civitatem, et per totum illius Comitatum, et Districtum integrum etiam grossum pro quolibet Scuto. Et hoc intellecto, quod executioni hujusmodi premium promissum illi, seu illis non debeatur, nisi executione cum effectu facta. Item quod non possit ipse Pretor, nec aliquis ex suis Officialibus pena 25. librarum denariorum, et interesse Montis Pietatis per quemlibet contrafacientem vice qualibet incurrenda, et dicto Communi de facto applicanda, executionem aliquam, nisi per bullectinum subscriptum a Cancellario d.e Civitatis, et sigillo parvo dicti Communis sigillatum. Item non possit, nec aliquis ejus Officialis possit in Cuppis, seu Tegulis aliquam Domum etiam exiguam, vel quid aliud cooperientibus: in Bobus, Vomeribus, Cultris aptis, et temptis pro laborando executionem facere pena qua supra proximè per Contrafacientem qualibet vice incurrenda, et dicto Communi applicanda, et minus eam facere possit in Pannis de dorso, et a Lecto: Si in aliis facere potest, de quo stetur dicto Bajuli, et unius Testis de vicinia ex causa, et debito civili contra aliquem pena eadem proximè dicta incurrenda, et applicanda ut supra. Non possit etiam contra Forenses portantes Grasciam ad dictam Civitatem quacumque die aliquam facere executionem in Civitate, vel itinere pro causis, et debitis civilibus, et minus contra Montanos Comitatus, et Districtus dicte Civitatis, in Civitate, vel itinere in die Sabbati ex causis Civilibus predictis possit aliquam facere executionem pena proxime descripta per Contrafacientem qualibet dictorum casuum, et qualibet vice incurrenda, et applicanda ut supra. Item quod non possit prefatus Pretor, et minus Notarius ad maleficia deputatus quovis modo, ac quesito colore recipere pecunias, mercedem, aut rem aliquam a Consulibus, Scindicis, et aliis quibuscumque denuntiatoribus, Accusatoribus, vel reportatoribus aliquorum Maleficiorum tam commissorum intus, quàm extra Civitatem predictam, et committendorum sub jam dicta pena incurrenda, et applicanda ut supra. Item quod de bononeno uno solvendo pro qualibet petitione facienda in Civilibus Causis coram Sociomilite scribenda per Notarium dicti Socijmilitis de bussulo Notariorum dicte Civitatis extrahendum, aut alias quomodocumque deputandum non possit, nec debeat ipse, nec dictus ejus Sociusmiles ullo pacto habere, et consequi aliquam partem sub pena predicta incurrenda, et applicanda. Item quod requisitus a Mag.cis DD. Prioribus, seu Camerario Communis predicti, aut a Notario Cappelle S. Corporis Christi, vel Prefectis Mon-

tis

tis Plebatis, vel Frumentarij, vel ejusdem Exactore: teneatur exigere cum effectu, et exigi facere omnia, et singula credita eorum respective, et relicta per simplicem extractum, qui habeat vim Bulletti executivi, et de facto sine ulla requisitione, vel citatione, aut alia juris solemnitate: et perveniri facere ad manus Camerarij, et Exactoris, ac Notarij predicti respective gratis, et sine mercede aliqua sub pena decem lib. denar. incurrenda, et applicanda ut supra. Item quod cum effectu facere teneatur, et faciat, ut quisque ex suis Socijs militibus, vel ex alijs suis Officialibus executurus, vel facturus aliquam executionem, per se faciens, secum ducat, et habeat unum Bajulum, vel Sindicum loci, in quo sit executurus, alias facta executio sit nulla, et nihilominus Pretor, ubi contrafactum fuerit teneatur ad penam 25. lib. denar. de facto auferendam, et ipsi Communi dicte Civitatis applicandam vice qualibet contraventionis, et si forte aliquis ageret pro aliquo pignore in hujusmodi executione, aut alias quomodocumque, et qualitercumque exequendo ablato, et deperdito, sufficiat ipsi petenti, et agenti sola probatio Bajuli, vel Sindici predicti, cui plena fides adhibeatur, sitque ejus depositio, et dictum sufficiens, et plena probatio pro pignore ablato, et deperdito, et ejus qualitate, et valore, si recordabitur, et sciat: Sin autem non sufficiat pro plena probatione asseveratio Domini cum juramento ipsius premissa tamen supradictorum Judicis, aut Sindicorum taxatione. Item quod nec dictus Pretor, nec ejus Officiales possit, et possint ullam petere refirmam, nisi ultimo Mense sui Officij, neque impetratam, sive datam gerere: nec Sindicatum infra tempus: nec vexillum postulare sub pena ducentarum lib. denar. de suo salario retinendarum, et dandarum, ac applicandarum dicto Communi. Et si forte refirmatus fuerit, et ad gerendum officium admissus fuerit, teneatur solvere mercedem electionariorum, de quibus infra fit mentio: et mercedem electionis integram pro qualibet Semestre etiam si sit pro uno, duobus, aut pluribus Mensibus. Item quod requisitus a Mag.cis DD.nis Prioribus, vel ex eorum parte, teneatur illos extra Palatium comitari cum tota Familia, alias punctari debeat in 25. libris denar. solvendis, et applicandis ut supra. Item quod teneatur cum effectu facere, quod nullus ex ejus Officialibus, et Notarijs extraordinarijs possit, vel debeat ullo unquam pacto se rogare de Instrumentis quomodocumque celebrandis in Causis Civilibus, et emergentibus, ac dependentibus ab eis, et minus fidejussionibus dandis, et prestandis de non discedendo de Palatio, vel de se representando, ac de stando juri, vel alias quomodocumque, et qualitercumque ex causa debiti non soluti, vel damnorum datorum, vel ex quacumque alia descendente, seu causata ex causa Civili. Et nullus ex ejus Officia

33v

libus, et Notarijs premissis possit Instrumentum, nec Instrumenta conficere, et si confecerit, nullum, et nulla sit penitus, et omnino, et nihilominus penam incurrat 25. lib. denar. ipso facto dicto Communi applicandorum, et ad interesse dicti Notarij Socij militis teneatur. Item quod Pretor teneatur facere Notarium Maleficiorum observare penitus, et capitula facta super exercitio ejusdem, et in eis contenta, de quibus in capitulis, et Rubrica de officio Notarij Maleficiorum. Item prefatus Dnus Pretor pro toto tempore sui Semestralis officij habere debeat pro suo Salario, et dictorum suorum Sociorum militum, Officialium, Familie, et Equo, et pro expensis, pro accessu, mora, et reditu, nec non pro charta, Atramento, Cera, lumine, et pro quocumque alio pertinente ad dictum ejus officium, et necessario pro exercendo dicto officio Florenos quatringentos quinque monete papalis de bimestre in bimestre solvendos per Exactorem Camere Aplice Fulginatensis pro rata, et de pecunijs ipsius Camere Aplice, et in ultima solutione quietationem faciat solennem, et in forma, ita tamen quod dictam ultimam solutionem non possit petere, nec habere, nisi finito Sindicatu. Et quod ita etiam fiat, si ultra Semestre dictum officium durare contigerit. Et quod de dicto Salario teneatur solvere omnes, et singulas retentiones per Sedem Apostolicam impositas, seu imponendas, et ad has expressas videlicet.

Monti Pietatis bononenum unum.

Medicis bononenos duos. Pro singulo Floreno sui Salarij.

Fabrice S. Feliciani bononenum unum.

Fabrice Cappelle S. Corporis Xpti bononenum unum.

Fabrice hospitalis Pietatis medium bononenum.

Et quod teneatur solvere Tubicinibus M. Dnorum Priorum dicte Civitatis Fulginie Carolenos octo pro quolibet Semestre, et Campanario Carolenos duos: Notario, seu Cancellario dicti Communis qui suam Familiam scribet, pro prima vice Florenum unum, et bononenos quatuor pro cassatura, et remissura cujusibet Officialis, aut Famuli, sive Equi: Notarijs vero condemnationum pro ausculationibus Sententiarum teneatur solvere Florenum unum mste papalis singulo Semestri. Item electionarijs, qui illum elegerunt, teneatur dare Florenos sex mte papalis pro Communitate, et denique Caballario, qui electionem portaverit, Ducatos Auri octo papales, quorum quatuor Cancellario, qui

electionem

electionem, et Capitula scripsit, debentur: duo Communitati, et duo ipsi Caballario, cui teneatur etiam solvere unum tertium Floreni die quolibet pro suo viatico, quas summas eidem Caballario (ut premittitur) solvere teneatur: et ipse idem Caballarius, teneatur reddere, et consignare tam Communitati, quàm Cancellario ut supra ratam suam tantummodo retinendo. Et si secus fecerit, teneatur de suo. Et quod debeat stare tacitus, et contentus de dicto Salario, et plus a dicto Communi, vel aliqua alia singulari persona quoquo modo, vel aliquo quæsito colore non petat, exigat, vel recipiat, nisi quantum permittitur sibi, et Officialibus suis ex Scripturis, et Actis, et executionibus secundum formam Statutorum dictæ Civitatis. Declarantes, et decernentes, quod, si ipsum licentiatum a dicto Consilio extra Civitatem predictam stare contigerit sanum ultra dies, per quos licentiam habuisset, et infirmum ultra dictos dies licentiæ per alios viginti dies, ab inde supra per tempus quo absens fuerit, Salarium consequi non debeat, et minus ejus heredes integrum ejus Salarium consequi debeant, si ipsum mori contigerit in Civitate, vel extra durante officio, sed pro rata temporis tantum, quo vivus inservivit legibus, et alijs quibuscumque contrarijs non obstantibus: Et quod finito ejus officio teneatur stare ad Sindicatum cum omnibus, et singulis suis Officialibus, et Familia per sex dies continuos a prima sexione dd: Sindicatorum ejus coram Sindicatoribus, et Consultore in Civitate predicta: In quo quidem Sindicatu nullus de dicta Civitate possit esse illius Collateralis Notariorum predictorum, Sociorum militum, et Familiæ Procurator, et Advocatus pena privationis officiorum dictæ Civitatis: Quibus quidem Sindicatoribus, et Consultori solvere teneatur Florenos octo mise papalis, a quorum sententia pro se, vel pro aliquo ex suis Officialibus appellare, recurrere, de nullitate dicere, vel aliàs supplicare non possit: et si contrafecerit, omnis appellatio, dictio nullitatis, recursus, et Supplicatio nullius sit roboris, et momenti, et nihilominus talis appellatio, nullitatis dictio, et supplicatio executionem Sententiæ nullatenus impediat, et appellans, recurrens, de nullitate dicens, et supplicans incidat in penam 50. lib. denar. applican. dicto Communi ut supra. Et quod in omni casu, in quo supra non esset apposita pena, intelligatur adjecta pena 25. lib. denar. incurrenda per ipsum pro qualibet vice suæ contraventionis ipso facto, et ipsi Communi applicanda. Et cum fuerit absolutus a dicta Civitate discedat cum suis Officialibus, et Familia omnibus suis sumptibus, et expensis, incommodis, periculis, et fortuna.

Paulus Papa III. Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filij Communitas, et Homines Civitatis nostre Fulginie, quod licet ex antiqua, hactenusque pacifice observata consuetudine, executiones, que in Civitate predicta pro tempore faciende sunt per Executores Potestatis ejusdem Civitatis pro tempore existentis fieri debeant, et in illis faciendis aliqui alij Officiales se intromittere non possint: Nihilominus Gubernatores dicte Civitatis, eorumque Officiales, et Ministri pro tempore existentes in alienam Messem falcem immittentes, executiones hujusmodi per alios, quam dictos executores facere nituntur in maximam dicte Civitatis, et ejus quietis perturbationem. Quare Nobis pro parte Communitatis, et Hominum prefatorum fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opportune providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur, qui omnium Subditorum nostrorum presertim peculiarium, et devotorum quietem sinceris desideramus affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati moderno, et pro tempore existenti dicte Civitatis Gubernatori, ejusque Officialibus, et Ministris, sub excommunicationis pena inhibemus per presentes, ne de cetero, quovis pretextu, aut quesito colore per alios, quam Executores predictos contra dictam consuetudinem executiones predictas facere, aut in illis quomodolibet se intromittere audeant, vel presumant: irritum, et inane decernentes si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibuscumque privilegijs, indultis, et literis Aplicis eisdem Gubernatoribus sub quibuscumque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis: ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod Executores Potestatis pro tempore existentis consuetum ad executiones faciendas Ministrorum numerum teneant, quodque Communitas, et Homines predicti quandocumque a Gubernatore pro tempore existente desuper requisiti fuerint, opportunum, et necessarium auxilium, et consilium prebeant: alioquin presentes nullius sint roboris, vel momenti. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris. Die 18. Novembris M.D.XXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Fabius Vigil.

De Collaterale D. Pretoris, & ejus electione.

Cap. VI.

Statuimus, et ordinamus, quod Dnus Collateralis Dni Pretoris Civitatis Fulginie sit,

[illegible]et

et esse debeat Legum Doctor ad minus quinque annorum, et saltem bis exercuerit hujus-
modi officium in aliqua alia Civitate, vel Terra: et de hujusmodi ejus administratione
per Litteras sue Communitatis fidem publicam facere debeat M: D.nis Prioribus dicte
Civitatis Fulginie: et paridem eisdem fidem faciat de ipsius Doctoratu a tanto tempore
citra, per exhibitionem, et simplicem ostensionem privilegij sui Doctoratus, vel per li-
teras sue Communitatis attestantis vidisse, et legisse ejus privilegium doctoratus, vel
saltem quod per dictum tempus se gesserit pro Doctore. Et sit, et esse debeat de Civita-
te, seu Terra oriundus, que distet saltem per quindecim Milliaria a Civitate Fulgi-
nie. Et de alia, non eadem: ex qua fuerit Precessor ejus in officio oriundus, alias ad
dictum officium eligendus proponi non possit. Et si proponeretur, proposita non va-
leat, et eligi non possit, et si eligeretur, electio sit ipso jure nulla, nulliusque robo-
ris, et momenti. Electio autem ipsius Collateralis, in qua premissa requisita concur-
rant, et sint a M. D. Prioribus, et Centumvirali Consilio dicte Civitatis pro Semestre
tantum infrascriptis modo, et forma fieri debeat, et alias facta, non teneat, neque vale-
at videlicet. Quod M: D: Priores facta eis fide ut supra pro parte eligendi, seu peten-
tis electionem hujusmodi, convocare debeant more, locoque solitis, et consuetis coram
ipsis Spectabiles Cives Novemviros, quibus ut supra convocatis, et coram eis, vel saltem
majori eorum parte existentibus, vel saltem eorum parte majore existente debeant
ipsi M. D. Priores, vel unus eorum, primus scilicet Priorum, vel secundus, eo absente,
vel aliter impedito aliqua justa causa, proponere eligendum, et de eo propositam fa-
cere, an placeat, quod in Consilio Centumvirale fiat proposita de eo, et ejus ele-
ctione ad talem officium, et si obtentum fuerit per majorem eorum partem, quod sic
fiat, et fieri debeat: postea de eo in Consilio Centumvirali more, modo, et loco soli-
tis, et consuetis, et in numero perfecto, et juxta consuetudinem, sufficienti congregato,
per Caputpriorem proposita fiat, an placeat talem propositum eligere ad dictum
officium pro Semestre tantum. Et redditis Decurionum Consilijs super ea propo-
sita, ut moris est, illisque, vel uno eorum positis, vel posito, prout visum fuerit dictis
M. D. Prioribus, et Novemviris ad partitum, seu Scrutinium, per bussulas, et pallu-
ctas, per Cancellarium numerentur suffragia Congregatorum reddita. Et si com-

pertum fuerit suffragijs, et ballottis favorabilibus duarum partium de tribus dictorum M. D. Priorum, et Consiliariorum, quod placet talem propositum, talem habere electionem, et ad dictum officium esse electum, valeat, et teneat sic ut supra facta electio, aliter autem facta, nulla sit, nulliusque roboris, et momenti. Factaque ut supra electio postmodum significetur, et transmittatur electo ab ipsis Communitate, et M. D. Prioribus per literas patentes manu Cancellarij eorundem scriptas, et subscriptas, et sigillo consueto dictę Communitatis munitas, cum insertione Capitulorum, ad quę servanda tenetur, et sui salarij, ejusque omnis emolumenti, ac solutionis per eum faciendę pro tali sibi transmissa electione, si eam duxerit acceptandam, quam acceptare teneatur infra duos dies a die presentationis ejusdem sibi factę per Caballarium dicti Communis, et infra dictum terminum significare dictis M. D. Prioribus, et Communitati si duxerit acceptandam, alias nullum jus ulterius sibi tribuat. Et dicto Caballario dare, et solvere pro dicta portata electione, et per eum acceptata Ducatos Auri duos ad rationem undecim juliorum pro singulo Ducato, quorum unus dari debeat dicto Cancellario, alter vero pro dimidio dicto Communi, et pro altera dimidia dicto Caballario, cui Caballario etiam teneatur dare unum tertium unius Floreni monetę pro qualibet die pro ipsius viatico.

De juramento D. Collateralis D. Prętoris. Cap. VII.

Statuimus, et ordinamus, quod D. Collateralis D. Pretoris Civitatis Fulginię primo die ipsius officij coram M. D. Prioribus ejusdem Civitatis, et Cancellario eorundem, et dictę Civitatis, stipulanti, et recipienti pro ipso Communi, et omnibus, et singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodocumque juret, et jurejurando promittat ad Sancta Dei Evangelia manu tactis Scripturis, facere, et exercere officium sibi commissum bona fide, et omni solicitudine, et sine fraude: adimplereque omnia, et singula, quę spectant, ac spectabunt ad dictum ejus officium, et ad quę ipse tenetur ratione, ac vigore dicti sui officij sine aliqua acceptione personarum, secundum Statuta, Reformationes, et Decreta dictę Civitatis facta, et facienda, ubi illa loquuntur, et ubi non loquerentur, secundum Constitutiones Marchię, illisque pariter loqui cessantibus, secundum jus Canonicum, et Civile, amotis amore, odio, preter pretio, timore, omnique alia humana gratia.

De

De officio D. Collateralis, & ejus Salario. Cap. VIII.

Statuimus, et ordinamus, quod prefatus D: Collateralis, et Judex dicte Civitatis Fulginie, sit, et esse debeat justus, et equitatem pre oculis habeat, non declinans ad dexteram, neque ad sinistram, stareque debeat, et morari personaliter, et continuè in dicto suo officio, illudque bona fide, diligenter, et solicite exercere, secundum formam Statutorum dicte Civitatis Fulginie, et secundum quod alias jurejurando promissa apparet in Capitulo proximè precedenti, prebereque se promptum, et facilem in audiendo omnes in his, que pertinent ad ejus officium. Sedereque pro Tribunali ad jus reddendum omnibus diebus juridicis, et debitis horis, et consuetis, in loco juridico, et Tribunali ejus solito, et consueto. Causasque, lites, et controversias tam motas, quam movendas, prout tenetur, et debet, secundum formam dictorum Statutorum, et prout alias in precedenti Capitulo, audire, cognoscere, et diffinire infra tempus ordinatum per dicta Statuta, justitiam omnibus equa lance administrando. Petitionesque, exceptiones, replicationes, duplicationes, defensiones, testes, Instrumenta, et omnia alia per partes producenda, prout de jure admittere: et de productis Copiam petenti facere, et per se ipsum Testes examinare ubi contingentia casus exigat, et requirat. Ubi autem non, per Notarium Cause unum ex sibi deputatis a dicta Communitate. Et debeat ipsos Testes examinare in Palatio ipsius, et D: Pretoris solite residentie, nisi essent Mulieres honeste, vel egregie persone autem infirme, vel alio justo impedimento gravate, quas examinare possit, et debeat in Ecclesia, vel alio loco congruo, et honesto. Et facere teneatur, et debeat Acta quecumque, et Sententias scribi per Notarios a dicta Communitate sibi datos, et deputatos, aliter ipsa Acta non valeant. Cavereque debeat, et prudenter attendere, ut in Causarum hujusmodi processibus nil odium vindicet, favor usurpet, timor exulet premium, seu expectatio premij justitiam non evertat: et in omnibus, que peragenda fuerint, pre oculis habeat solum Deum, illius imitans exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, ut secundum ipsius imperium judicaret. Debeatque ejus Sententias sedendo pro Tribunali scripti recitatione proferre, alias non valeant, neque teneant. Nec possit petere, nec modo aliquo habere Sportulas a personis dicte Civitatis, ejusque Comitatus, et Districtus, Incolisque, et habitatoribus eorundem pro Sententijs ab eo ferendis in Causis tam ordinarijs, quam delegatis

vertentibus quomodocumque coram eo ex quibusvis causis, et occasionibus: habeatque in his, et in ceteris mundas manus, sitque attentus, et circumspectus circa corruptores, qui eum per sordes, vel alio modo reprobo corrumpere attentaret, et ipso M: D: Prioribus, et Consilio dictæ Civitatis revelare teneatur. Et curare non posse, ut culpabiles in predictis pena debita puniatur. Teneantur etiam dicto D: Pretori, Notario Maleficiorum, ac dictis M: D: Prioribus, Superstitibus Nundinarum, Officialibus damnorum datorum dictæ Civitatis, et Notario Socij Militis gratis, et sine aliqua Mercede consilium dare, ut justitia suadebit, quoties ab ipsis, aut eorum aliquo requisitus fuerit. Et credentias, si quæ sibi impositæ fuerint, secretas tenere, suisque sumptibus, et expensis se in hanc Civitatem conferre, indeque recedat, manere tamen expleto. Vestes doctoreas, et Doctoribus consentaneas deferat: Et cum opus fuerit, comitetur Magistratum dictæ Civitatis: singulis diebus legat gratis, et interpretetur unam lectionem in jure Civili Juvenibus dictæ Civitatis, prout fuerit requisitus. Et nullam aliam mercedem, aliudque emolumentum habere debeat, quod pro Sigilli, et examinis Testium, ac decreti per eum interponendi, Salariique sui infrascripti a dicto D: Pretore assequendi videlicet. Pro dicti Sigilli qualibet impressione bononenum unum: Pro qualibet examinatione Testis grossum unum dividendum tamen equaliter inter ipsum, et Notarium Causæ scribentem examinati attestationem. Pro decreto quocumque interponendo julium unum, quem tamen consequi non possit, si interponatur in dicto Palatio suæ Residentiæ, vel in Ecclesia S. Feliciani, aut Domibus Episcopalibus. Et pro Salario dicti Semestralis officij habebit Florenos sexaginta ad rationem quinquaginta bajocchorum pro Floreno a D: Pretore predicto, et Victum consuetum, ea tamen conditione adjecta, quod si durante dicto ejus officio semestrali moreretur, et universe carnis viam ingrederetur (quod Deus avertat) dictum Salarium non habeatur, nisi pro rata temporis, quod servivierit. Et eo etiam declarato, quod si in dicto tempore infirmetur per viginti dies, vel pauciores, Salarium debeatur, et non minuatur: ab inde vero supra minuatur pro tempore infirmitatis. Nec refirmam aliquam habere possit, nisi obtentam a dicto Centumvirali Consilio, et in ultimo Mense sui officij servatis servandis. Et quod teneatur stare ad Sindicatum finito suo officio, eo modo, et pro tempore, quo stare teneatur Pretor prefatus cum sua Familia. Nec possit appellare, reclamare, recurrere a Sententia Sindicatorum, supplicare, aut dicere de ejus nullitate, et si secus faciat, incidat in penam ducentarum lib. denar. ab eo ipso facto auferen-

darum

darum, et dicto Communi applicandarum, et nihilominus factum in contrarium non valeat, et sit ipso jure nullum, et Sententia contra eum lata executioni demandetur. Et si contrafeceris in predictis, vel aliquo predictorum in 50. libris denar. pro quolibet puniatur, applicandis ut supra, ubi alia pena non esset expressa, in ceteris conductus intelligatur cum honoribus, oneribus, potestate, et arbitrio consuetis.

De electione, & juramento Notarij Maleficiorum. Cap. IX.

Quia jus eligendum Notarium Maleficiorum tam Curie Pretoriane, quàm Curie Mag.ci Gubernatoris noviter fuit a Priore, et Consiliario Hospitalis Pietatis dicte Civitatis in Magnificum Commune Fulginie translatum: cui hospitali utrumque officium predictum cum eorum proventibus, et emolumentis S. D. N. Pius Papa IIII. perpetuò annexit, et incorporavit per suas literas in forma Brevis, aperti, sive motus proprij sub data 14. Martij 1562. Anno tertio subscriptas per V. Maccharanum, et de quibus literis in Archivio Hospitalis non immerito ad nostrum officium duximus pertinere de eorum electione, officio, et Salario providere. Statuimus igitur, et ordinamus, ut a Mag.co Concilio aliquis probus, et expertus Notarius forensis eligatur ad officium Notariatus Maleficiorum, et Causarum Criminalium Curie Pretoriane; qui electus prima die sui officij ad Sancta Dei Evangelia tactis corporaliter Scripturis coram M. D. Prioribus dicte Civitatis juret, et juramento promittat Cancellario ejusdem presenti, stipulanti, et recipienti pro ipso Communi, Camera Ap.lica, et quorum interest, interesit, aut interesse poterit in futurum officij sui tempore continuè stare ad id exercendum, illudque solicitè, bona fide, sine dolo, et fraude, odio, amore, prece, pretio, et timore remotis exercere: et accusationes, inquisitiones, denunciationes, Testes, eorumque attestationes, Scripturas, et Causarum Acta non tamen nisi de Pretoris conscientia sollicitè, fideliter, et indefessè recipere, et scribere: Processus aliquos ante Testium publicationem, et aperturam, aliaque Curie, aut Civitatis predicte secreta non pandere, aut revelare. Scripturas ordinatè ponere, earumque, et Actorum copiam petentibus tradere, et alia omnia, et singula facere, observare, et exequi, ad que virtute dicti sui officij tenetur, et secundum formam Statutorum dicte Civitatis, et presertim Statuti de officio ejus: capitulumque istud de ipsius juramento quolibet mense legere, ut ejus continentiam melius memoria teneat, et tenorem melius exequatur.

De officio Notarij Maleficiorum, & solutionibus per eum recipiendis. Cap. X.

Statuimus, et providemus, quod Notarius Maleficiorum habeat, et habere debeat, et recipere ab Exactore Camerę Aplicę dictę Civitatis Fulginię unum Librum pro suo Semestrali officio sigillatum, seu Stampatum, Sigillo, et Stampa Camerę Aplicę per singulas ejus chartas, et numeraliter signatum, et chartulatum manu Notarij Camerę dictę Civitatis, in quo scribere teneatur omnes Processus inquisitionum, Accusationum, et denuntiationum, quas ex officio, aut ad alicujus instantiam fieri contigerit, et Sententias desuper per Pretorem ipsum ferendas, et non in alio quovis Libro, nec aliter, nec alio modo, Processus, et Sententias hujusmodi nullo modo scribere audeat, vel presumat sub pena 200. lib. denar. Camerę Aplicę, et Communi Fulginię pro equali portione applicandarum. Quem Librum postea in fine sui officij teneatur, et debeat consignare Exactori Camerę prefatę, aut Notario dictę Camerę in publicam formam, tradendum postea per dictum Exactorem, aut Notarium Camerę Successori Notario Malefiorum pro pendentium expeditione. Debeat etiam ipse Notarius habere librum processoris sui a dicto Exactore, seu Notario in principio sui officij pro pendentium expeditione, quam facere teneatur, durante suo officio pena 25. lib. denar. ab eo auferendarum, et ut supra applicandarum pro quolibet processu non expedito. Teneatur etiam sequenti die post habitam informationem, et notitiam cujuscumque delicti perpetrati notulam ejusdem, et inquisitionis copiam, postquam scripserit inquisitionem in dicto libro, ubi per inquisitionem proceditur ad Cameram Aplicam transmittere sine mercede aliqua, ut occultandi delicta, quę non debent impunita remanere, omnis tollatur occasio. Teneatur etiam ad M. D. Gubernatoris, aut Procuratoris Fiscalis dictę Civitatis inquisitionem ejus librum, bastardellum, et infilsas ostendere, et exhibere, ut Causarum termini videri possint, et si sunt expediti, vel non. Insuper accusationes, querelas, et denuntiationes, quę coram dicto D. Pretore datę fuerint, recipere, et scribere in dicto libro saltem infra quintum diem post ipsarum exhibitionem, et idem facere de omnibus defensionibus, articulis, depositionibus Testium, et alijs quibuscumque Actis, non tamen sine dicti Pretoris conscientia solicitè, et fideliter. Nec debeat processus aliquos ante Testium publicationem, et aperturam alicui revelare, aut eorum Copiam tradere. Neve Secreta Curię, et Communis Civitatis Fulginię cuiquam manifestare. Teneatur etiam Scripturas omnes in dicto libro ordinatè ponere infra quin-

tam

tam diem, postquam data fuerit. Et Actorum omnium petentibus copiam tradere ea die, vel sequenti, qua petita fuerit, Scripturas omnes sibi commissas a Pretore publicare, nec evitare eas authenticas dare infra octo dies postquam fuerint petitę sine aliquo pretio. Et si commode id facere non poterit, dare ipsas parti, vel partibus in continenti cuicumque Notario volens partes ad exemplandum ad mandata dicti D. Pretoris. Et si recusaverit, pro unaquaque vice incurrat pęnam 25. lib. denar. ut supra applicandarum. Et denuntiatoris sacramento credatur. Teneatur etiam expeditis processibus sententias condemnatorias, seu absolutorias in membranis consignare Notarijs condemnationum, et eorum officio, juxta dictorum Capitulorum, et Statutorum dispositionem. Et expeditis processibus per sententias non possint ulterius ad aliquem actum, seu ad aliquam abolitionem procedere in chartis bambacinis super processibus per sententias expeditis. Et teneatur Statuta, Reformationes, et decreta dictę Civitatis tam facta, quam facienda observare, et operam, consilium, auxilium dare Pretori ad conservanda ea, et omnia eorum capitula, dictumque Commune, et particulares personas Civitatis, Comitatus, et Districtus predicti in bono statu, et unitate. Teneatur etiam tempore dicti sui officij continue stare ad id exercendum, nec aliquam mercedem petere, seu habere possit ab illis, qui accusationes, querelas, et denuntiationes proposuerint coram D. Pretore, seu coram se de conscientia Pretoris, sed illas recipere teneatur, et scribere gratis, et sine aliquo premio. Nec petere possit, vel exigere aliquid ratione, et causa Inventarij Bonorum, quod ipsum facere, seu fecisse contigerit, nisi sequuta cum effectu publicatione, seu sententia publicationis bonorum ejus, qui deliquerat sub pęna 25. Ducatorum auri qualibet vice incurrenda, et applicanda ut supra, et restitutionis exacti faciendę illi, a quo, vel de cujus bonis fuerit exactum, qua sequuta debeatur sibi merces pro dicto Inventario prout infra. Et minus aliud quicquam petere, vel exigere possit per se, vel alium ultra id, quod fuerit sibi per Statuta predicta concessum, et ordinatum, quodque non emet, nec emi faciet aliquid fraudolenter. Habere autem debeat Notarius Maleficiorum pro registru cujuslibet instantię, sive actus simpliciter coram Potestate, ejusque officio, bononenum unum monetę currentis. Et si contigerit in una instantia, sive uno actu aliquas scripturas produci, unam, vel plures, aut testes induci, aut jurare, bononenos duos monetę predictę pro qualibet responsione facienda alicui Processui, sive inquisitio-

ni cum cautione praestanda de stando juri, et solvendo omnem penam, accipere possit ab inquisito, seu respondente bononenos quatuor ut supra. Et si contigerit responderi per plures personas inquisitas pro uno, et eodem met delicto, et uno tantum Processu, habere possit bononenos duos a quolibet respondente, dummodo merces non excedat Summam duodecim bononenorum, etiam quod fieret responsio per personas numero vigintiquinque, et ultra. Item pro rogitu alicujus Mandati Procurationis bononenos quatuor; idem dicimus pro rogitu cautionis de non offendendo, vel de se repraesentando, et similibus, videlicet habere possit bononenos quatuor pro qualibet parte fidejubente, seu cautionem praestante, etiam quod plures personae intervenirent in una parte. Pro rogitu examinis, seu depositionis alicujus Testis habere possit bononenos sex pro quolibet Teste dividendos inter ipsum, et D. Praetorem, aut alium Judicem examinantem, et non ultra, etiam quod examen fieret super diversis, et numero sit articulis, et super materijs, et corporis afflictivis citra mortem: Si vero in Causis capitalibus bononenos duodecim accipere possit dividendos ut supra. Pro rogitu alicujus Sententiae absolutoriae ferendae ad instantiam partis, et non ex officio, si fuerit pecuniaria, accipere possit bononenos sex: Si vero Corporis afflictiva, bononenos duodecim: si vero Capitalis bononenos viginti. Item dum contigerit aliquem Processum cassari, et aboleri ad instantiam alicujus id fieri petentis, si fuerit pro pena pecuniaria, a libris 50. infra cum registro habeat bononenos octo, a 50. usque ad Centum bononenos duodecim; ab inde vero supra pro quacumque Summa bononenos vigintiquatuor in totum, et non ultra: pro Corporis afflictivis bononenos triginta: pro Capitalibus vero Carolenos octo monetae currentis. Declarantes quod nemo cogi possit invitus ad abolendum aliquem Processum, seu aliquam condemnationem pecuniariam, Corporis afflictivam, seu Capitalem. Pro extractione alicujus Sententiae in publicam formam: Si pecuniaria continens Summam librarum Centum, habere possit bononenos viginti, ab inde vero supra pro quacumque Summa bononenos triginta: pro Corporis afflictivis bononenos quatraginta. Pro extractione autem Sententiae de, et super morte naturali habeat Carolenos decem monetae currentis ut supra. Pro Copia simplici alicujus Scripturae, aut Processus, seu depositionum Testium habeat bononenum unum cum dimidio alterius bononeni pro qualibet charta scripta ab utraque facie, continente lineas, seu versi

culos

culos decem, et octo: et qualibet linea debeat continere dictiones octo plurium syllabarum; si vero in publicam formam petere possit bononenos tres pro qualibet charta scripta ab utraque facie ut supra. Pro confectione, et rogitu alicujus Inventarij faciendi de bonis aliquod maleficium committentis, si in Civitate Fulginie, exigere possit florenum unum; si vero in Comitatu, et districtu florenos duos monete currentis modo, et forma ut supra declaratis. Pro retrahenda accusa facienda ab aliquo, accipere possit bononenos octo pro qualibet accusa retracta. Pro rogitu presentationis alicujus commissionis habeat bononenos duos. Pro scriptura literarum citatorialium, et inhibitorialium cum insertione commissionis, seu commissionum accipiat pro sua mercede bononenos octo. Et premissa omnia, et singula observare, et adimplere teneatur bona fide sine dolo, fraude, odio, amore, prece, pretio, et timore. Et si contrafecerit in premissis, vel aliquo premissorum in 50. denariorum libris pro qualibet, et qualibet vice puniatur, ubi non esset apposita pena, applicandis dicto Communi. Et premissa statuimus hoc semper intellecto, quod per hujusmodi premissa capitula non intelligatur prejudicari Capitulis dicti D. Pretoris, et Statutis Civitatis de Processibus expediendis infra certum tempus, que in suo robore permanere, et secundum eorum dispositionem, et continentiam observari volumus, et mandamus.

De electione, officio, & salario Cancellarij D̃ni Gubernatoris. Cap. XI.

Item dicimus, et ordinamus fore, et esse servandum in electione Cancellarij, ac Notarij Maleficiorum Mag.ci D. Gubernatoris, qui omnes literas a Mag.co D. Gubernatore, sive Locumtenente dicte Civitatis exarandas cuicumque, et quandocumque super materijs criminalitatis tantum scribere, et conficere teneatur, et pro scriptura, et confectione quarumlibet literarum habeat pro sua mercede bononenos duos monete currentis, et pro sigillo, et subscriptione prefati D: Gubernatoris, sive Locumtenentis, bononenos quatuor, et sic in totum bononenos sex. In reliquis vero dictum Cancellarium, et Notarium Maleficiorum, omnibus, et singulis obligationibus taxis, et penis in proximo precedenti Capitulo contentis obnoxium fore, et subjacere, volumus, et ordinamus.

De Socijs militibus D: Pretoris, eorumq; juramento, & officio. Cap. XII.

Statuimus, et ordinamus, quod Socij milites D. Pretoris prima die incohationis eorum officij teneantur, et debeant sese coram Mag.cis D.nis Prioribus Civitatis Fulginię pro tempore presentare, ibidemque coram eisdem jurare ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis, et jurejurando promittere (et ita ex tunc teneantur) ipsorum officium fideliter, et bene exercere, commissionesque sibi a quocumque pro tempore Iusdicente in dicta Civitate, ac a Mag.cis D.nis Prioribus, seu Prefectis quibuscumque, Consulibusque dictę Civitatis datas, debitę executioni mandare, ipsasque executiones, et Pignora (cui de jure, aut ex forma Statutorum debent) consignare. Baractarias, et Simonias, extorsionesq. ac illicitas executiones non facere, et fieri non facere sub pena 25. libr. denar. pro qualibet vice, et quolibet predictorum casuum per ipsos, ipso facto damnabiliter incurrenda, et Communi Fulginię applicanda. Nec non quotiescunque Gubernator dictę Civitatis, vel ejus Locumtenens pro tempore mandaverit, seu postulaverit cum sua Familia in numero sufficienti, per dictam Civitatem, ejus Territorium, et Districtum pedester, vel equester (prout casus exigerit) sine aliqua exceptione, omnique mora postposita, ad quascunque commissiones exequendas contra quoscunque personaliter accedere, illasque pro posse debitę executioni mandare, sub pena 100. libr. denar. ipso facto per ipsos incurrenda, et Camerę Ap.licę, et Communi Fulginię proportionabiliter applicanda, ac omnium expensarum, damnorum, et interesse dicti Communis dicta de causa. Civitatemque predictam, ejusque Territorium, et Districtum Homicidis, Latronibus, Furibus, ceterisque malis hominibus pro posse purgare. Contra portantes Arma tam offendibilia, quàm defendibilia die, noctuque inquirere, et portare reportos captivos proposse facere, et contra eos pro pena incursa, juxta formam Statutorum sine personarum discretione procedere usque ad debitam exactionem penę predictę. Statutaque, et ordinamenta dictę Civitatis tam edita, quàm edenda ad unguem servare, omnesque condemnatos dictę Civitatis, vel in ea, aut ejus Territorio degentes, eorumque fidejussores (donec ipsas condemnationes, quę in judicatum transierint cum effectu exolverint) in ere, et persona constringere, carceres dictę Civitatis, et in eis pro tempore carceratos quoscumque suo ipsorum periculo, et fortuna custodire, et salvare, ab ipsis Carceratis (culpabilibus tamen, vel obnoxijs) Fulginatensibus, vel in dicta Civitate,

Civitate, aut ejus Territorio, et Districtu habitantibus omnino exceptis: ultra bononenos sex monete currentis pro quolibet, et qualibet die, si eisdem per Curiam D. Pretoris expensas subministrari contigerit, exigere non possit: ad quas expensas recipiendas cogi non possit, nisi fuerint in Secretis. Sin autem de suo, aut eis donato, vel aliter vixerint, bononenos duos, et non plus accipere, nihilque aliud ab eisdem pro ipsorum captura, excarceratione, ferraturisve, aut sferraturis recipere, aut exigere possit. Per Civitatem predictam, ejusque Districtum cum dissolutione non vagari, in turpes lascivias, aut injuriosas contumelias contra quoscumque non prosilire, omniaque alia facere, dicere, et exercere, et ab eis sese abstinere, que facere, dicere, et exercere, et ab eis se abstinere debentur, juxta formam, et tenorem contentorum supra in Capitulo de juramento D. Pretoris, et ejus officio: aliorumque Statutorum, et ordinamentorum dicte Civitatis sub pena 25. lib. denar. pro qualibet vice per ipsos ipso facto incurrenda, et dicto Communi applicanda in quolibet dictorum casuum. Et quia dum ad Civilia intendunt, Arma, et alia ad eorum officium pertinentia, dormiunt, et retardantur. Statuimus, et ordinamus, quod Socij milites D. Pretoris presentes, et qui pro tempore fuerint, non possint, nec debeant sese modo aliquo intromittere, aut cognoscere de aliqua questione, lite, seu causa civili rei, vel Summe excedentis tamen Summam viginti juliorum papalium monete currentis. Causas vero, et lites a Summa 10. juliorum supra per Notarium Tribunalis sui per dictam Communitatem pro tempore eligendum, vel ex bussulo extrahendum, cognoscendas per suos Judices remittere teneatur, et si se in eis intromiserint, aut de eis cognoverint, non valeat ipso jure, nec quod per eos factum aut cognitum fuerit, possit modo aliquo executioni mandari, et nihilominus ipsi Socij milites in premissis, et qualibet premissorum contrafacientes ipso facto vice qualibet incurrant in penam 25. lib. denar. ab eis de facto auferendarum, et dicto Communi applicandarum ut supra.

De electione Judicis appellationum, ejusq; juramento, officio, obligationibus, & salario. Cap. XIII.

Sed quoniam appellandi usum quàm frequentem esse, et necessarium jura testantur. idcirco statuimus, et ordinamus, quod in Civitate Fulginie unus appellationum Judex eliga-

tur his, et forma videlicet. Quod Mag.ci DD: Priores dicte Civitatis presentes, et qui pro tempore fuerint (ubi casus exegerit) teneantur, et debeant majoris Campane sono premisso, ut moris est, convocari facere Novemviros dicte Civitatis pro tempore, et subinde Mag.cum Centumvirale Consilium in Palatio eorum solite residentie, ibidemque servatis de more servandis juxta formam eligendi traditam supra in Titulo de electione D. Pretoris, eligatur in Judicem appellationum dicte Civitatis pro Semestre aliquis Forensis de loco distanti a dicta Civitate, et ejus Territorio ad minus per quindecim Milliaria Jurisperitus, et in judicature officio, vel Pretura bis ad minus exercitatus (de qua judicatus officij, aut Preture exercitatione) ante omnia eisdem DDnis Prioribus per patentes literas, aut aliter legitime plena fiat fides, et indubitata, alias electio ipsa fieri non possit, et facta, nullatenus valeat, et teneat. Qui venire debeat in dictam Civitatem in termino sibi in electione literis declarato, et prefixo, cum uno ad minus Famulo idoneo, et per ipsum toto tempore sui officij pro suo servitio retinendo omnibus ipsius sumptibus, incommodis, et periculo. Teneaturque ante ingressum dicti sui judicatus officij jurare coram Mag.cis DD: Prioribus pro tempore existentibus, legumque Conservatoribus ejusdem, Cancellario dicte Communitatis pro ea, et Camera Aplica, et omnibus, quorum interest, et interesse poterit stipulanti, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis dictum judicatus officium pure, bene, ac fideliter facere, et exercere, pertinentiaque omnia, et singula ad illud in totum pro posse facere. Debeatque in ingressu sui officij consignare Camerario dicti Communis Fulginie pro dicto Communi recepturo pretium, et valorem unius patere argentee libre unius, boneque leghe bononorum. Eidemque Camerario fidem facere sufficientem de solutione facta de taxa sui officij (quam Secretarijs Aplicis suis ipsius sumptibus solvere teneatur) manu D. Exactoris Camere Aplice eam recepturi pro dictis Reverendis Secretarijs, et alias ad effectum admitti non possit, et admissio facta non teneat ipso jure, et nihilominus incurrant tam dicti DD: Priores, et Legum Conservatores ipsum aliter admittentes, quam prefatus Judex sic indebite admissus in penam 100. lib. denar. pro parte qualibet ab eis ipso facto auferendorum, et Communi Fulginie applicandorum ut supra. In Causis appellationum, nullitatum, seu Recursus tam in procedendo, quam in decidendo in primis Statuta, et ordinamenta dicte Civitatis tam edita, quam edenda sequi, et servare teneatur, illaque ab appellationibus, de nullitate dicentibus, seu recurrentibus, et ab appellatis, et his contra quos fuerit de

nullitate

nullitate dictum, aut recursum principaliter, aut incidenter custodiri, sequi, et servari facere: et ubi ex his occurrenti casui provisum non appareret, jus constitutionum, et inde jus canonicum, et civile, prout casus, et facti contingentia suadebit. Non etiam possit, nec debeat tam in Criminalibus, quam in Civilibus, seu mixtis Sententiam ferre, prout in cedula, sed illam, et illas in scriptis legere debeat ad solitum jus dicendi locum pronuntiando male, vel bene judicatum, et appellatum, absolvendo, et condemnando partes, vel aliter Sententiam, vel Sententias reformando in totum, vel in partem, prout res exegerit. Nec possit de causis coram eo agitandis inter Fulginates, aut inter Fulginates, et Forenses, sive per viam appellationis, de nullitate dictionis, aut recursus, sive per alium quemcunque modum, etiamsi commissarius sint, sportulas, vel aliud quoquo modo a Fulginatibus recipere, petere, vel exigere, et si recipiat, petat, vel exigat, ultra recepti, et exacti, restitutionem (ad quam ipsum omnino teneri volumus) et penam perjurij, incidat vice qualibet in penam 35. lib. denar. ipso facto dicto Communi applicandarum ut supra. Teneaturque, et debeat continue in dicta Civitate, in mansione, et loco sibi per dictum Commune deputato, et constituto habitare honorifice pro ipsius qualitate officij, nec ex dicta Civitate recedere possit absque licentia Consilij dicte Civitatis, extra eam pernoctando, sub pena amissionis Salarij unius Mensis, et dicto Communi applicandi ipso facto ut supra. Cum Mag.cis DD: Prioribus dicte Civitatis Doctoralibus vestibus ad Missas, et alia divina, omnesque Actus publicos, et Processiones per dictam Civitatem, et extra socialiter accedere, eisdemq. pro dicto Communi gratis consulere sub pena in predictis, et qualibet predictorum casuum 35. lib. denar. ipso facto incurrenda, et applicanda dicto Communi ut supra. Item teneatur Juvenibus dicte Civitatis, et Districtus ipsum requirentibus legere, et interpretari die qualibet unam lectionem in jure Civili ad ipsorum electionem, et gratis, et sine aliqua mercede. Teneatur insuper, et debeat solvere Caballario dicti Communis electioni, et Capitulorum latori illo tunc ducatum unum Auri, pro Cancellario dicti Communis, qui electionem, et Capitula scripserit equis portionibus inter Communitatem ipsam, et ipsum dividendum, et insuper solvere dicto Caballario bononenum unum pro qualibet Milliario pro suo viatico: Hoc addito, quod si idem Judex electionem ipsam duxerit acceptandam, de premissa ipsius acceptatione per suas literas, vel aliter legitime per dictum Caballarium dictos Mag.cos DD: Priores certiores faciat, alias electio sit ipso jure nulla, et ea amplius uti, et juvari non possit. Teneatur denique finito ejus officio stare per quatuor dies continuos coram Sindicatoribus pro tempore deputandis, aut ex bussulo extrahendis ad Sindicatum sue ipsius villica-

tionis rationem redditurus, quibus teneatur solvere de suo Salario Florenos quatuor monete papalis pro eorum Salario. Quorum Sententiis condemnatoriis stare, et acquiescere teneatur, et debeat. Addentes, quod idem Judex tempore assumptionis officii jurare tenebitur, et à dicto prestito juramento, absolutionem non petere, nec peti facere, nec obtenta uti, et causa, et occasione dicte Sententie, vel Sententiarum tempore predicto contra eum late, vel latarum, et dependentium ab eis non appellare, de nullitate non dicere, non supponere, non querelare, nec Superioris officium implorare, nec aliquam aliam impetrationem facere. Et si fuerit appellatum, de nullitate dictum, supplicatum, querelatum, Superioris officium imploratum, aut quid aliud modo aliquo impetratum, omnis appellatio, de nullitate dictio, supplicatio, querela, imploratio, aut impetratio cujuscumq. tenoris, et à quocumque emanate sint, ipso jure nulle, irrite, et inanes, et ex nunc prout ex nunc, et e contra, pro non factis, non obtentis, nec concessis haberi velle, et perinde haberi, ac si facta, concessa, obtenta, et impetrata non fuissent, et nihilominus ex his Sententiis contra eum late executio nullatenus impediatur. Addentes, quod in absentia Judicis appellationum predicti, vel ipso aliter legitime impedito, Gubernator pro tempore dicte Civitatis omnes, et singulas Causas secunde Instantie audire, cognoscere, et juxta Statuta predicta, ac aliàs prout juris fuerit, terminare possit, et debeat. Pro suo autem Salario dicti sui Semestralis officii idem Judex habeat, et habere debeat, et habebit ab Exactore Camere Apostolice Fulginatensis Florenos 72. papales, eidem de Semestre in Semestre mediante Bulletta Mag.^rum^ Priorum pro tempore, persolvendos. Declarantes, quod si ipsum dicto suo Semestrali officio durante egrotare contigerit (quod Deus avertat) et egritudo sit à 20. diebus ultra, quod ultra dictos 20. dies sibi Salarium aliquod non currat, sed dicto Communi applicetur. Et si moreretur (quod multo magis Deus avertat) Salarium sibi debeatur pro tempore, quo vivens servivierit, et non ultra. Et propter dictum Salarium sibi forte non solutum ut supra, aut per aliquam condemnationem contra eum latam à Scindicatoribus ut supra represalias contra dictam Communitatem impetrare non possit, nec debeat, nec eis ullatenus uti.

De electione, & officio Notariorum Causarum Civilium. Cap. XIIII.

Ne falsa iniqui Judicis assertione innocens litigator opprimatur, neque falsitas veritati prejudicet, aut iniquitas prevaleat equitati, Statuimus, et ordinamus, ut ad scribendum

scribendum omnia Acta, et Scripturas Civilium Causarum Civitatis Fulginij imbussulentur in Buxulo Communis dictę Civitatis omnes, et singuli Notarij de eadem in ea degentes, servatis tamen servandis, et facta vacatione ab officijs per tempus, et tempora, secundum formam Statuti infra in titulo de creatione Notariorum, et eorum vacatione. Deinde singulo Semestri in loco Palatij residentię D: Gubernatoris extrahantur ex bussulo predicto, et publicentur novem Notarij, quorum duo stent congruis horis, et temporibus de sero in Palatio prefati D: Gubernatoris ad scribendum Acta Civilia ejusdem, et alia quęcumque civiles Causas concernentia. Tres deputentur ad Tribunal Collateralis D. Pretoris dictę Civitatis similiter congruis horis, et temporibus de mane similiter ad Acta Civilia, procurationes, tutelas, curas, insinuationesque, et decreta quęcumque, et ab eisdem dependentia, et alia quęcumque in eorum libris redigentia. Duo sint in Domo residentię D: Judicis Appellationum super appellationibus, et copiandis Processibus Causarum Civilium, et protestationibus, et alijs scribendis. Alius vero sit in Banca Socijmilitis dicti D: Pretoris circa summaria cognoscenda, et decidenda die qualibet incessanter assistens. Ultimus vero adsit ad Bancam Proconsulum Mercantię dictę Civitatis ad etiam Civilia scribenda, et alia ad dictum Tribunal necessaria. Addentes, quod Notarij predicti teneantur, et debeant seriatim, et per ordinem ponere, et scribere Acta predicta, procurationes, tutelas, curas, et insinuationes predictas in corpore libri, et non in marginibus, sub pena 25. lib. denar. vice qualibet dictorum Actorum ipso facto incurrenda, et Communi Fulginij applicanda. Nullusque Notarius de predictis, qui fuerit per sex Menses in aliquo dictorum officiorum, possit, aut debeat ad dictum officium, aut in dicto officio esse, aut eligi inde ad sex Menses a die depositi officij. Et si aliter elegeretur, electio non teneat, et acceptans puniatur pena 25. lib. denar. ipso facto incurrenda, et Communi Fulginij applicanda. Possit tamen Notarius, qui ad aliquod officium de predictis extractus extiterit, si illud per se exercere noluerit, vel non potuerit, alium loco sui idoneum tamen, et ad hujusmodi officia bis ad minus exercitatum eligere, et deputare, precedente tamen generalis Consilij approbatione Canonica, nec aliter, nec alio modo. Hoc modo videlicet, ut tres de Notarijs predictis in dicto Consilio proponantur, et qui pluribus suffragijs obtentus fuerit, tali subrogatione fruatur, et talis electio, et deputatio valeat, et teneat, perindeque habeatur, ac si ex bussulo predicto juxta formam predictam fuerit facta extractio. Et quilibet de Notarijs predictis per Semestre tantum stet, et scribat sub Judice, et cum

Judice suo ad locum, et Bancum sibi deputatum. Nec possit, aut debeat coram alio Judice, aut in alijs Causis, seu quæstionibus scribere sub jam dicta pena applicanda ut supra. Nec quisquam Notariorum predictorum possit scribere in aliqua Causa, in qua alius scribere inceperit, donec primi Notarij durabit officium sub jam dicta pena applicanda ut supra, exceptis infirmitate, justa absentia, vel alio probabili, et a jure considerato impedimento scribentis Notarij; quo casu, si litigatoribus placuerit, possit Notarius ipse alium eque idoneum, neutrique partium suspectum, et exercitatum ut supra loco sui subrogare, partibus autem discordantibus Notarius eligat accedente Judicis consensu, dum tamen omnis cesset variatio, in modo unum, modo alium eligendo. Nullusque de Notarijs predictis possit, vel debeat in Palatio, in quo officium exercet aliquam procurationem pro alio facere, nec propriam Causam incipere, seu movere coram Judice, ad cujus Bancam, seu Tribunal ad scribendum deputatus existat, durante ejus officio, et si contra fieret, Processus hujusmodi sit ipso jure nullus, et contrafaciens incidat in penam 25. lib. denar. vice qualibet, in qua contrafecerit applicanda ut supra, et quod Scripturis in Causis Civilibus publicis judicialiter productis, et registratis, copiatis, et apud Notarios repertis, licet originalia justa restituta fuerint, seu deperdita, plena adhibeatur fides, prout publicis restitutis, vel alias deperditis, et Scripture Notariorum predictorum mortuorum, vel absentium, si reperirentur abbreviate, vel cesserate, intelligantur, et sint, ac habeantur pro extensis, et plenam faciant fidem, prout si essent extense. Et quia ad tollendam detestabilem, pernitiosamque consuetudinem Notariorum Bancarum Causarum Civilium dicte Civitatis omnino (in quantum possumus) procedere intendimus, ex qua materia infilsas, librosque originales occultandi, et subtrahendi, litigia, propter Actorum inordinatorum seriem, in longum protrahendi, et alia a jure prohibita faciendi plurimum afferebatur, propter assignationem infilsarum, et Librorum in eorum originalibus, tam Procuratoribus, et Advocatis ipsis, quàm Judicibus de Causis cognoscentibus. Statuimus, et ordinamus, ut Notarij Bancarum Causarum Civilium predictarum (ubi vel a partibus ipsis, vel altera ipsarum, aliarumve Procuratoribus, vel Advocatis, aut a Jus dicentibus de inspectione, et transportatione Processus fuerint requisiti non in originalibus ipsis) sicuti hactenus factum esse comperimus) sed in (de partium communi ere facto) registro, Processum ipsum partibus ipsis alternatim, et prout res exegerit, et ordo judicij postulaverit, ac judicibus ipsis accommodent, faciendo prius in eorum Bastardelli

lis, seu Actorum libris specialem mentionem de premissa assignatione registri de Anno, Mense, et die assignationis, et de persona, cui assignatio facta sit, et cum inscriptione manu propria recipientis registrum, si scribere sciat, vel ejus Procuratoris, si scribere nesciat, et cum expressa, penalique promissione de transportando registrum predictum ad certum statutum terminum ad partis alterius requirentis instantiam, habebunt autem, et habeant Notarij predicti de ipsorum Actis, et Scripturis mercedem juxta formam Taxe inferius descriptam in titulo, de mercede Notariorum. Et si contrafieret, puniantur Notarij in libris 40. denariorum vice qualibet, et quolibet dictorum casuum, et applicandis ut supra. Teneanturque ad omnia damna, expensas, et interesse partium litigantium, vel alterius ipsarum, et privatione dicti sui officij.

De sindicatu Officialium Civitatis Fulginei, Sindicatorumque electione, & officio. Cap. XV.

Cum rationi, et juri congruum sit, ut quilibet villicationis sue rationem suo tempore reddat, statuimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli Judices, et Officiales dicte Civitatis finitis ipsorum regiminibus, et officijs stare, et morari debeant in Civitate Fulginij ad Sindicatum, reddendo rationem de gestis neglectis, seu omissis tam per eos, quàm per eorum Familiam, et Familiares in eorum officijs, et regiminibus, prout diximus in capitulo cujuslibet Judicis, et Officialis, de quibus supra mentionem habuimus, et quatenus in aliquo capitulo de Officiale, seu Judice loquendo id omissum fuerit, sub hoc generali capitulo includatur, et dispositum intelligatur. Electio vero Sindicatorum Mag.^ci D. Gubernatoris fieri debeat modis, et formis, de quibus in literis Aplicis in forma Brevis obtentis, et de quibus sub capitulo de Gubernatore habetur. Sindicatores autem D: Potestatis, Collateralis, et Judicis Appellationum, et eorundem, et cujuslibet ipsorum familie officialium, et familiarum eligantur hoc modo: fiant duo bussula, in quorum altero imbussulari debeant per Mag.^cum Concilium dicte Civitatis, vel deputatos ab eo, legum doctores modo, et forma, de quibus sub titulo de Advocato Mag.^ce Communitatis, in altero vero imbussulentur omnes Cives de Concilio Centumvirali. Et finito officio cujuslibet ex predictis Judicibus, et Officialibus, Mag.^ci DD: Priores, una cum Conservatoribus legum accedant ad locum Capse, ubi predicta bussula conserventur, et per Cancellarium de Capsa extractis bussulis prefatis, ex uno extrahatur unus Do-

tor, et ex altero extrahantur tres Cives, et ex bussulo Procuratorum facto ad patrocinandum volentibus petitiones, vel querelas dare, extrahatur unus, qui teneatur omnibus patrocinari. Ex bussulo vero Notariorum extrahatur unus Notarius, qui sit futurus Actuarius dictorum Sindicatorum pro quolibet semestre, quo officialis sindicandus in officio permansit. Qui sic extracti a Mag.cis DD: Prioribus vocati in manibus Cancellarij jurare teneantur, dictum eorum officium se bene, et fideliter gesturos, et per duos dies, antequam incipiat aliquis Officialium predictorum stare ad Sindicatum. Sindicatores teneantur, et debeant sub vinculo prestiti juramenti, et sub pena 25. lib. denar. a quolibet ipso facto incurrenda, et auferenda, et Communi Fulginei applicanda transmittere per Castra, Villas, et loca Comitatus dicte Civitatis, et eorundem Castrorum, Villarum, et locorum Sindicis precipere eorundem hominibus notificent, qua die principiet Officialis prefatus stare ad Sindicatum. Et per diem antequam incipiat idem Officialis sindicari, emitti faciant bandimenta per loca solita dicte Civitatis, quibus innotescat, et intimetur dies Sindicatus prefati Officialis. Sindicatus autem incipiat statim post elapsos dictos dies, incipiendo de mane, et die quolibet, quo prefatus Sindicatus durabit, sedere debeant Sindicatores in Palatio solite Residentie D: Potestatis ad bancum juris duabus vicibus, videlicet de mane, et de sero, set pulsata prius vice qualibet Campana magna dicti Communis, et emissis bandimentis per loca solita dicte Civitatis, que habeantur loco Citationum, et ex supradictis Officialibus, quilibet Sindicandus stet per dies sex ad Sindicatum, et infra tres dies dentur, et recipiantur petitiones omnes, et querele dande contra olim Officialem et tempore Sindicandum, ejusdemque familiam, et familiares, et ulterius.

De Nundinis faciendis in Civitate Fulginie, earumq; Presidentibus, & eorum officio. Cap. XVI.

Cum ex Nundinis Civitatis (in qua fiunt) honor resultet, et utile hominibus ejusdem sequatur, et commodum, statuimus, et ordinamus, ut quolibet anno fiant Nundine in dicta Civitate, et DD: Priores dicte Civitatis, qui fuerint de Mensibus Januarij, et Februarij curent, et faciant, sub pena eorum prestiti juramenti, et 25. lib. denar. ipso facto incurrenda, et dicto Communi respective applicanda, ut anno quolibet de Men-

se

se Februarij die 18. ejusdem tempore extractionis Magistratus DD. Priorum, et aliorum offi-
ciorum, ac Præfecturarum dictæ Civitatis extrahantur de bussulo dicti Communis (in quo
omnes de Consilio imbussulari debeant) sex de dictis Consiliarijs, videlicet quatuor, qui in
Nundinis predictis, et illarum tempore habeant, et habere debeant omnimodam jurisdictionem,
merumque, et mixtum imperium. Unus sit Notarius, qui in libro Actorum per ipsum facien-
do, in sui firma, et figura universa Acta tam civilia, quam criminalia coram eisdem Præ-
sidentibus facienda conscribat, alius vero sit Capitaneus, qui universa ad dictum officium
spectantia, et ab eodem provenientia, executionem tamen merentia, de mandato eorundem
fideliter exequatur. Dictumque Præsidentium Nundinarum officium incipiat anno quoli-
bet, et incipere debeat die Mercurij proximi tunc immediatè sequentis post Festa Pascha-
lia Resurrectionis Dñi Nostri Jesu Christi, fiatque dicto die de mane in Aurora, et
antea pulsari Campana dicti Communis solita, et consueta de more per horam, et
horas consuetas. Deinde hora tertiarum Præsidentes predicti faciant a Palatio dictorum
Mag.corum DD. Priorum quatuor Tubicinibus dicti Communis per Plateam, ac Stratas dictas
Nundinas fieri solitas, et consuetas preconizari, eundo cum Tubicinibus, et redeundo per loca
predicta usque ad Portam Contrastanghe juxta stilum hactenus solitum, et consuetum.
Duretque Nundinæ predictæ, ac durare intelligantur per dies 18, et ultra ad beneplacitum
dicti Communis. Qui quidem Præsidentes teneantur, et debeant omnes, vel duo ex eis, et
Notarius predictus die qualibet continuatis horis, et temporibus stare, et sedere honorifice ad lo-
cum eorum residentiæ in Platea publica magna dictæ Civitatis in loco deputato, vel ab eis
deputando ad eorum solitum Tribunal, dictarumque Nundinarum tempore, illarumque pro-
rogationis omnes, et singulas Causas tam Civiles, quàm Criminales tam inter Mercatores,
et alias personas ad ipsas Nundinas accedentes, quam etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Incolas,
et habitatores ejusdem Comitativos, et Districtuales vertentes audire, cognoscere, decidere, et
terminare summariè, simpliciter, et de plano sola facti veritate inspecta, et manu regia,
ac ibi ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus, delinquentes punire, et castigare etiam
usque ad mortem inclusivè, pœnasque pecuniarias pro dictarum Nundinarum custodia, et ali-
ter (prout eis videbitur) applicare, et impendere. Et quia placuit felic. record. Paulo Tertio
Pontifici Max.o attenta ejusdem Civitatis immemorabili consuetudine in premissis pro pre-
missorum antiquorum jurium dictæ Civitatis conservatione, eidem Civitati benignè annuen-
ti per suas Literas in forma Brevis mandare, ut Gubernator, et Pretor ejusdem Civitatis pro

tempore existentes se in premissis, dicto Nundinarum, earumque prorogationis tempore durante nullatenus intromittant. Idcirco statuimus, et ordinamus, ut idem Gubernator, et Pretor pro tempore existentes, ut in causis predictis, et inter personas predictas dictarum Nundinarum, earumque prorogationis tempore durante, sese in premissis nullatenus intromittant, et ab eorum jurisdictione, et officio desistant juxta, et secundum earundem literarum Apostolicarum vim, seriem, tenorem, et compendia, quarum tenorem et hic ad clariorem omnium intelligentiam, et inspectionem inseri de verbo ad verbum volumus, et mandamus, cujus tenor sequitur, et est talis, videlicet.

Paulus Papa III.

Universis, et singulis Legatis, Vicelegatis, et eorum Locumtenentibus, ac quibusvis S: Romane Ecclesie officialibus, quacumque auctoritate fungentibus salutem, et Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filij Priores, et Communitas Civitatis nostre Fulginaten., quod licet ab immemorabili tempore citra Presidentes custodie Nundinarum Civitatis predicte per Communitatem ipsam ex illius Civibus deputari soliti dictarum Nundinarum, et earum prorogationis tempore durante, omnes, et singulas Causas tam Civiles, quam Criminales, tam ~~ipsius Civitatis Cives~~ inter Mercatores, et alias personas ad ipsas Nundinas accedentes, quam etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Homines, et Incolas, et habitatores ejusdem vertentes cognoscere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, et manu regia, ac ibi ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punire, et castigare etiam usque ad mortem inclusive, penasque pecuniarias pro custodia dictarum Nundinarum, et aliter prout eis videtur applicare, et impendere. Ac Gubernator, et Potestas ejusdem Civitatis pro tempore existentes se in premissis nullatenus intromittere, sed ab eorum jurisdictione, et officio predictis Nundinis etiam prorogatis durantibus cessare. Ipsa vero Communitas tempus pro hujusmodi Nundinis statutum ad certum tempus prorogare consueverint, et in pacifica possessione, vel quasi premissa omnia faciendi existant. Nihilominus ipsi pro abundantiori cautela cupiunt per Nos precipi ut supra premissis ab aliquibus non molestentur, et propterea Nobis humiliter supplicari fecerunt. Ut eorum votis annuere, de benignitate Apostolica dignaremur.

dignaremur. Nos igitur, qui subditorum nostrorum, presertim fide, et devotione erga Nos, et Sedem Aplicam conspicuorum, jurium conservationi, cum desuper humiliter supplicatur, libenter intendimus, hujusmodi supplicationibus inclinati. Vobis, et cuilibet vestrum in virtute Sancte obedientie strictè precipiendo mandamus, quatenus Communitatem, et Possidentes predictos super premissis contra immemorabilem consuetudinem hactenus laudabiliter observatam hujusmodi nullatenus molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis, nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ceterique contrarijs quibuscumque. Datum Rome apud S. Marcum sub Anulo Piscatoris. die 13. Junij. M.D.XLVIII. Pontificatus nostri Anno XIV. = Blo. el. Fulgin.

Julius Papa III.

Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus, dilecti filij Communitas Civitatis nostre Fulginaten. ex antiqua consuetudine, et ex indulto, seu privilegio Aplico, nundinas in dicta Civitate quotannis celebrare consueverint. Nos ut persone cum mercibus, ac animalibus, alijsque rebus ad ipsas Nundinas venientes tuto, ac liberè id facere possint precibus dictorum Communitatis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes, et singulas represalias quavis ex causa, et ad cujusvis etiam Fisci nostri instantiam, et pro interesse Camere Aplice quomodolibet hactenus relaxatas, et in futurum relaxandas durante semper dictarum Nundinarum, et illius prorogatione, quandocumque illud prorogari contigerit, ita quod ad dictas Nundinas venientes, et in eis commorantes, et inde discedentes dictarum represaliarum pretextu in personis, mercibus, animalibus, aut alijs bonis quibuscumque molestari non possint auctoritate Aplica tenore presentium, ex nunc prout ex tunc, et e contra ad nostrum, et Sedis Aplice beneplacitum suspendimus. Et eisdem personis liberum, ac tutum Salvumconductum adversus dictas represalias concedimus. Mandantes virtute Sancte obedientie, et sub pena nostri arbitrij, et quoad Communitates etiam 50. Ducatorum Auri Camere Aplice applicandorum, si contrafecerint, incurrenda. Omnibus, et singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Communitatibus, Baricellis, ceterisque Officialibus, et Executoribus totius Status nostri Eccliei mediate, vel immediate subjecti, et ad dictas Nundinas venienses non solum contra presentium nostrarum literarum tenorem non impediant, sed illas eis observent, et observari faciant, omnemque commoditatem

eisdem personis, tam eundo, quam redeundo prebeant. Nos enim irritum decernimus, et inane quicquid secus à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes insuper moderno, et pro tempore existenti Provinciæ nostræ Umbriæ Legato, et ejus Vicelegato, ut eisdem Communitati, et personis in premissis favorabiliter assistentes faciant eisdem presentes nostras literas per predictas, et alias sibi visas penas inviolabiliter observari, premissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod presentium transumptis manu subscriptis, vel impressis, et manu alicujus Notarij publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Eccl.ica constitutæ munitis, eadem fides in Judicio, et extra adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 11. Aprilis M. D. LIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto. Lo. Carmen.

De electione Proconsulum Mercatorum, & Artificum, & eorum Officio. Cap. XVII.

Cum Mercatores, et Artifices, ac alios super rebus mobilibus, quæ sub fide vendiderint, coram ordinarijs litigare non deceat, sed magis ~~super~~ eisdem super his de proprijs Judicibus sit providendum, qui ipsorum causas super premissis, non ex rigore, et juris apicibus, ac solemnitate, sed de equitate cognoscendo, decidant. Statuimus, et ordinamus, ut Mag.ci DD: Priores dictæ Civitatis pro tempore, ex Centumviralis Consilij decreto teneantur, et debeant (ubi facti exigentia suadebit) eligere tot Consiliarios, Mercatores, et Aromatharios, et Artifices respective ejusdem Civitatis, quot sufficiant ad bussulum infrascriptum faciendum, qui insimul tres sint pro quolibet officio, et ternatim scribantur in brevicnlis, seu cartutijs tot, quot sunt, vel erunt dicti sic electi. Postmodumque, sic in dictis breviculis ternatim descripti ponantur in una Cassetta clausa tribus Clavibus diversis tamen serraturis, quarum Clavium unam habeat, et habere debeat Prior Cathedralis Ecclię S: Feliciani dictæ Civitatis. Aliam Generalis Camerarius dictarum Mercantiarum, et Artium. Aliam, et tertiam DD: Priores pro tempore existentes. Prefataque Cassetta stare, et continuè esse debeat in Sacrestia dictæ Eccliæ. Deinde tempore Extractionis Magistratuum, et aliorum officiorum dictæ

dictę Civitatis (incipiendo a die 21. Decembris anno quolibet) extrahatur de dicto buxulo, seu Cassetta unum ex breviculis predictis, et hi, qui inibi descripti apparebunt, et legentur, sint, et vocentur Proconsules Artis Mercantię, et aliarum Artium dictę Civitatis. Dictumque officium sui initium habeat, et habere debeat in Kalendis Januarij, duretque, et durare debeat per sex Menses faciendo extractionem ipsam de semestre in semestre. Dictique sic extracti auctoritate presentis Statuti habeantur, et sint Proconsules dictarum Mercantiarum, et Artium cum omnimoda jurisdictione, auctoritate, et potestate in premissis, et infrascriptis necessaria, et opportuna. Qui Proconsules teneantur, et debeant stare, et sedere ad bancam eorum solitę residentię in Platea dictę Civitatis omnibus diebus juridicis tam de mane, quàm de sero, quam bancam habere debeant ornatum Tapeto, vel alio Panno honorato cum assistentia Notarij ad id deputati. Ibidemque presentibus jus reddere, cognoscere de omnibus, et singulis Causis, litibus, questionibus, et controversijs, que essent, et verti possent inter Mercatores, et Artifices, et alios de dicta Civitate, et Comitatu, et aliunde occasione Mercantiarum, et Artium, verumque aliarum predictarum emergentium, et dependentium a predictis, illasque diffinire, et terminare non ex Juris rigore, aut secundum juris apices, sed de bono, et equo, ac pro veritate, et equitate. Cum autem sederint ad jus reddendum teneantur, et debeant procedere modo, et forma infrascriptis, videlicet in titulo: Quomodo, et qualiter procedatur.

Forma, qualiter procedatur coram Proconsulibus Mercantię. Cap. XVIII.

Ne questiones, et lites super re Mercantili, aut ab ea dependenti inter quoscumque de dicta Civitate, vel aliunde, efficiantur immortales, sed ut potius de bono, et equo, ac secundum stylum Mercantię, celerem, quam possint, expeditionem recipiant. Statuimus, ut si quis aliquem Mercatorem, vel Artificem alium de dicta Civitate, vel in ea degentem occasione Mercantię, vel rei ad mercantiam, vel Artem pertinentis, vel ab ea dependentis coram Proconsulibus Artis Mercantię ejusdem Civitatis in jus vocare voluerit illum per unum è Bajulis communis dictę Civitatis citari faciat personaliter cum ter-

mino unius diei peremptorie ad comparendum, si in Comitatu, vel Districtu citandus extiterit, et cum expressa comminatione, ut etiam in dicto termino veniat ad eligendum sibi locum in dicta Civitate, ubi in posterum ad quoscunque actus necessarios usque ad Sententiam inclusivè citari possit, et velit, alias quod citabitur ad valvas loci residentię dictorum Proconsulum. Si vero citandus moretur, seu domicilium habeat in dicta Civitate, citari possit pro eadem die ad comparendum, et pro hora juris, qua Creditor voluerit. Si vero personaliter inveniri non possit, citari faciat Domi solitę habitationis debitoris, cum termino peremptorie, et comminatione predictis respectivè, qua facta citatione, et relatione ejusdem, Actor per talem qualem petitionem intentionem suam contra suum debitorem in Actis redigi faciat, et solutis capitibus Solidorum in manibus Notarij dictorum Proconsulum ad rationem bononeni unius monetę currentis pro qualibet Floreno summę pecuniarum, vel rei petitę, previa tamen facta estimatione rei per ipsum Actorem, ubi res aliqua peti contingat, si Reus in dicto termino non comparuerit, incusata contumacia non comparentis, talis sit contumax, habeatur pro confesso, et convicto, ac Testibus superato, et contra talem sic contumacem Proconsules realem, et personalem simul vel divisim ad voluntatem Creditoris pro summa vel re petita, et expensis executionem committant, et fieri faciant cum effectu. Si vero Reus comparuerit, et debitum confiteatur, detur ei terminus ad satisfaciendum sex dierum, quo elapso, et solutione non facta, fiat contra eum executio ut supra. Si vero neget, et Actor contra sic negantem produxerit aliquam Apocham, vel librum non abolitum, non cassum, nec in aliqua parte sui suspectum, in qua, vel in quo contineatur promissio, vel obligatio quantitatis, vel rei petitę, Proconsules faciant ipsi Reo dari copiam Apochę, vel partitarum libri, et terminum ei statuant trium dierum ad opponendum, et probandum contra ipsam Apocham, et dictum librum, ac partitas ejus, et personam Creditoris quicquid velit, et possit. Et si infra dictum terminum non opposuerit, vel opposuerit, et nihil, quod releves, probaverit, tunc Proconsules contra talem debitorem pro Summa pecuniarum, vel rei petitę, et expensis executionem relaxare, ac fieri faciant realem, et personalem ad voluntatem Creditoris ut supra. Declarantes, quod ita demum libris predictis, et eorum partitis credi debeat, si per Mercatorem, vel Artificem conscripti sint, sintque intitulati, et chartulati, ac mercantili more retenti, et de re mercantili, vel ad mercantiam, vel ad artem pertinenti, vel ab eis dependenti tantum loquantur. Causę autem,

et

et questiones Mercantiles, vel ad Mercantiam, vel ad artem pertinentes, vel ab eis dependentes inter quascumque personas de dicta Civitate, vel in ea, aut ejus Comitatu, vel Districtu inhabitantes cognosci, et decidi debeant per Consules predictos summarie, simpliciter, et de plano, et absque Libello, et sine strepitu, et figura judicij, ac sola facti equitate, et veritate inspectis, nec ille coram alijs Judicibus dicte Civitatis introduci possint, nec per eos modo aliquo cognosci, aut decidi, quod si secus fiat, processus inde sequutus sit ipso jure nullus, et nihilis; qui illas coram alijs Judicibus dicte Civitatis introduxerit, vel introduci curaverit, incidat ipso facto in penam lib. 25. denar. Comuni Fulginei applicandorum ut supra. Volumus etiam ut interlocutoria precepta, et sententie facta, et late respective per dictos Proconsules, aut duos ex eis, dummodo omnes adsint, vel si non adsint, absens sit legitime requisitus, valeant, et teneant, ac firmiter observentur, nec ab eis valeat appellari, aut reclamari, supplicari, aut de eorum nullitate dici, nisi notoriè ex Actis constaret de gravamine, aut earum nullitate. Quo casu ad D. Potestatem, et ad alium in dicta Civitate Jusdicentem appellari, et de nullitate dici possit, et debeat, qui dictas Causas nullitatis, et appellationis infra decem dies continuos, dummodo non feriatos in honorem Dei, et Sanctorum ejus, cognoscere, et terminare debeat, sub pena 25. lib. den. ab eodem de suo salario de facto auferendorum, et retinendorum, et Comuni Fulginei applicandorum ut supra. Et insuper teneatur ad interesse parti, dictaque appellationis, et nullitatis causa sit omnino deserta, dicto termino elapso, et Causa appellationis, et nullitatis non expedita, et si Creditor voluerit Tenutam de bonis debitoris, Proconsules teneantur illam dare, tam de Mobilibus, vel Semoventibus, quam de immobilibus, pro re, vel summa petita, et pro expensis. Declarantes, quod Tenuta de rebus mobilibus, aut Semoventibus valeat, et valere debeat in duplum rei, vel summe petite, de immobilibus vero valeat in triplum rei, vel summe petite. Et idem locum habeat in debitis confessatis. Tenutam autem de rebus mobilibus, aut de Semoventibus teneat Creditor per decem dies post illius acceptionem. Tenutam vero de immobilibus teneat per unum Mensem post illam acceptam. Que tenute si per debitorem infra dictum tempus respectivè recollecte non fuerint, Proconsules teneantur res predictas banniri facere, videlicet Mobiles, vel Semoventes, citato ad id pro certa die, et hora legitimè debitore predicto, subhastentur ad

locum residentie dictorum Proconsulum, unica tantum subhastatione, et plus offerenti detur. Et Creditori de pretio satisfiat pro summa, vel re petita, et expensis: et reliquum, si quod adsit, debitori restituatur. Immobiles vero, citato debitore ut supra, subhastentur in loco predicto duobus continuatis diebus, et plus offerenti dentur, de pretio eidem Creditori satisfiat pro summa sui Crediti, et expensis: et reliquum quod adfuerit debitori restituatur. Si vero emptores non reperiantur, vel reperiantur, et pretium nimis injustum offerant, tunc Proconsules, previa estimatione facienda per duos homines per ipsos eligendos, res predictas pro dicto estimato pretio Creditori adjudicent, et instrumentum adjudicationis faciant, et fieri faciant, reliquumque, si quod adsit, debitori solvi faciant: et talis adjudicatio sic facta Proconsules ipsos perinde sit, et valeat, ac si venditio de eis per debitorem ipsum facta esset, illaque plenum, et perpetuum habeat roboris firmitatem.

De modo servando in electione, & extractione DD: Priorum. Cap. XVIIII.

Quia officium DD: Priorum Civitatis Fulginie, quam utile, et necessarium, per antiquissima tempora compertum est: Ideo presenti statuto ordinamus, quod in futurum extractis omnibus Prioribus, qui in Buxulo DD: Priorum existunt, qui ultimo loco extracti fuerint, teneantur, et debeant in primo mense eorum officij, et citius quam poterunt Centumvirale Consilium dicte Civitatis more solito convocare, et in eo de Civibus creandis, et obtinendis ad novum dicti Magistratus Buxulum faciendum, et omnem alium dicte Civitatis officiorum Buxulum, qui tunc vacare contigerit propositum facere, et circa eam rem DD: Priores, et Novemviri eligant quindecim Cives idoneos, et sufficientes de quolibet Terzerio dicte Civitatis, qui sint de numero Consiliariorum, etate provecti, experientia, et usu docti, et conscientia, et fide prediti. Quos ita electos per Cancellarium dicti Comunis in Concilio legere faciant, seriatimque eos, et eorum quemlibet ut scripti reperiuntur per balluctas, seu fabas ad partitum ponere, et sex, videlicet duo de quolibet Terzerio, qui more solito favorabilius obtenti erunt, sint, et esse debeant, qui novum Buxulum faciant, et futuros Magistratus ordinare, et imbuxulare debeant. Quos ita obtentos prefati DD: Priores ad se vocare debeant, illisque, et cuilibet

et cuilibet eorum per prefatum Cancellarium juramenta, et juramentum deferre, qui jurare debeant manu tactis Scripturis bene, et fideliter Buxulum facturos, et remotis ab eis odio, amore, prece, pretio, timore, et omni humana gratia. Et si aliquem ex obtentis recusare contigerit ad illud officium assumendum, per prefatos DD: Priores astringi possint, qui si in sua recusatione perseveraverit, nisi justam causam recusationis alleget, que a prefato Mag.co Consilio approbata fuerit, intelligatur omnibus officijs dicti Comunis ipso facto privatus, ita quod in futurum ad illam rem reintegrari non possit, et alius in ejus locum de eodem Tertierio eligatur. Dictisque Civibus ut supra obtentis prima die, qua incipere dictum Buxulum decreverint, solennem Missam S: Spiritus in Cathedrali Ecclesia Fulginie DD: Priores tunc temporis celebrare faciant. In qua ipsi DD: Priores, et dicti Cives electi, una cum alijs Civibus de Consilio interesse debeant: dictisque Civibus mansio aliqua, in qua commodè morari possint, assignetur: ibique una cum Cancellario predicto claudantur, et diu, noctuque manere debeant, nec inde discedere, donec, et quousque integraliter Buxulum predictum compleverint, in quo loco expensis dicti Comunis per dies decem alantur, et illis transactis, expensis proprijs vivere debeant. Teneanturque in tribus bursis Balluctas ponere pares numero in qualibet bursia, et in una ponantur Balluctae, in quibus descripti sunt Priores Tertierij Superioris, in alia vero Ballucte, in quibus descripti sunt Priores Tertierij medij, in tertia vero ponantur Ballucte, in quibus descripti sunt Priores Tertierij inferioris. Et quelibet Ballucta contineat in se sex Priores, et in Balluctis bursie cujuslibet Tertierij Caput Prior, et Priornovellus sint, et esse debeant illius Tertierij, pro quo bursia illa facta fuerit, alij vero Priores cujuslibet Tertierij esse possint. Descriptique Caput Priores sint, et esse debeant de numero Consiliariorum etatis ad minus quinquaginta annorum, sintque alias experientia, et longo usu rerum exercitati, nisi Legum, vel Medicine Doctores sint, qui etiam quod de Consilio non essent, vel etatis predicte in Caput Priores describatur. Similiterque Secundi Priores de numero, vel ordine Consiliariorum sint, alij vero tres, videlicet, tertius, quartus, et quintus Priores sint, et esse possint etiam de populo, qui tamen de preterito fuerint, vel ipsi, vel antiquiores de ejus familia de numero DD: Priorum, et bonis moribus imbuti sint, nec alicui vili exercitio vacent. Prior vero Novellus sit de familia alicujus Consiliarij, ita quod Pater, vel alius ejus descendens sit, vel fuerit de Consilio, dummodo sit bonis moribus indutus, et vili non vacet exercitio, et si aliquis contra formam predictam in Ballucta aliqua descriptus reperiretur, sit pro non scripto, et nullo modo ad

mittatur, sed in ejus locum alius de Buxulo Speciolatorum subrogetur. Et nihilominus prefati Cives ad Buxulum faciendum deputati incidant ipso facto in penam 50. lib. denar. pro quolibet Comuni Fulginie applicandarum. Et si aliquis descriptus bis in dictis Ballucteis errore, vel data opera reperiatur pro non scripto, nisi semel habeatur, et nullo modo bis admittatur, sed alius de Buxulo Speciolatorum subrogetur. Postquam vero Balluctas, quas in dictis bursis ponere decreverant, ut supra, posuerint, Buxulos Priorum cujuslibet Tertierij faciant, in quibus substitutos, vulgo, dictos Specciolatos mittant, in quibus ordinem, et modum supra in eligendis ordinarijs datum servare teneantur. Addentes, quod duo attinentes ad invicem in primo, et secundo gradu secundum jus Canonicum computand in linea Consanguinitatis, vel Affinitatis in primo non possint imbussulari ad officium Prioratus. Et si contigerit aliquem ut supra Attinentem ex Buxulo Specciolatorum extrahi, non possit officium exercere, sed alius extrahere, et sibi locus reservatus censeatur pro primo vacante ad suum Tertierium, et locum, in quo erat extractus. Possintque, et teneantur aliorum officiorum dicte Civitatis vacantium Buxulos facere, et in eis Cives de Consilio more solito imbussulare, dummodo non nisi semel aliquem imbussuletur, et si quis pluries imbussulatus reperiretur, habeatur pro non imbussulato, nisi semel tantum, et in ejus locum secundo extracti alius subrogetur. Et cujuslibet officij Buxulos ordinariorum, et Specciolatorum ut mos fuerit de preterito faciant. Quibus completis bursias prefatas, et omnes Buxulos in capsa suis locis Cancellarius prefatus ponere debeat, Capsamque predictam claudere sex Clavibus, et illam in Sacrario Cathedralis Ecclesie Fulginie ponere: Clavesque predictas in Capsa sex Clavium DD. Priorum, immittere teneantur, ad quam Causam sic in Sacrario positam pro ea aperienda nullus de aliquo Magistratu, seu Prefectura aliquo tempore accedere possit, nisi cum omnibus ipsis Prioribus, et Legum Conservatoribus, et Cancellario prefate Civitatis, qui solus possit in dicta Capsa in presentia prefatorum manus immittere, et non alius, sub pena 25. lib. denar. ipso facto incurrenda, et Comuni Fulginie applicanda; et amissione omnium officiorum, in quibus imbussulatus in aliquo bussulo in dicta Capsa existente reperiretur. Quibus privatus intelligatur, et ab illis cassus, et cancellatus. Nec prefati DD. Priores, et Legum Conservatores, etiam cum dicto Cancellario dictam Capsam aperire possint, nisi temporibus congruis, et consuetis, et quando eis auctoritas, et licentia a Mag.co Consilio dicte Civitatis demandata fuerit, nec alicui liceat in bursia, seu bussulo aliquo in dicta capsa existente aliquod nomen addere,

vel

vel minuere, nec videre quæ nomina in eis descripta, vel in aliquo eorum sint, sub pena 100. libr. denar. ut supra incurrenda, et applicanda, nisi id a prefato Mag.co Consilio demandatum fuerit, in quo mandato modum, et formam a dicto Mag.co Consilio ordinatum observare debeant, et teneantur sub jam dicta pena, per quemlibet eorum incurrenda. Et quicquid per eos aliter factum fuerit, sit nullum, et inane, et nullam habeat roboris firmitatem. Et qui sunt in dicto officio Prioratus decem diebus ante finem eorum officij bannimenta facere curent de nova extractione DD: Priorum facienda. Ipsique DD: Priores, una cum Legum Conservatoribus, Cancellario, et sola Familia ex dicto Sacrario Capsam predictam accipiant, illamque solemni, qua decet, pompa ad Palatium D: Gubernatoris dictæ Civitatis preferri faciant, ibidemque in ejusdem D: Gubernatoris presentia habita prius per prefatum Cancellarium Sanctissimæ, et Individuæ Trinitatis, Sanctæque Mariæ semper Virginis, et S. Feliciani Mag.æ Civitatis Fulginij Protectoris invocatione aperiatur, priusque Cives ad officium deputandi de suis bussulis extrahantur, facta prius extractione Spicciolatorum tam ad alia officia, quàm etiam ad officium Prioratus. Ultimo loco bursia Tertierij, de quo pro Mensibus futuris DD: Priorum extractio facienda est, capiatur, omnesque ballucte in dicta bursia existentes in Bacile argenteo ponantur, ex quo per prefatum D: Gubernatorem una ballucta accipiatur, illamque prefatus Cancellarius in manibus sumptam, habita prius oratiuncula aperiat, et in ea descriptos legat, et publicet. Et si contingat aliquem ipsorum DD: Priorum de ballucta extracta tempore extractionis, vel postea ante ingressum esse mortuum, vel mori, vel reperiri punctatum, vel officium Prioratus nolle acceptare, vel abesse a Civitate Fulginij, et tempore consueto expectatum, non redire, hunc in locum ipsius mortui, vel punctati, vel recusantis, vel absentis admittatur Spicciolatus, ad illum locum de bussulo Spicciolatorum extractus, ita quod ipsorum sex numerus sit integer, et imminutus. Addentes, quod prefati Imbussulatores teneantur facere regestrum totius imbussulationis factæ per eos tradendum Mag.cis DD. Prioribus sigillatum ponendum, et conservandum in Capsa predicta.

De DD: Prioribus, & juramento per eos prestando.
Cap. XX.

Officium DD: Priorum duret duobus Mensibus, qui oblongis ad talos usque purpureis Vestibus coloris nigrantis rosæ (ut dicunt) pagonatij, utantur, fascia, vel tinea serica, ut vulgo dicunt, Taffettani, atque aurea cathena, humeros, Collumque ornatum

habeant, et Soleis, seu Planellis serici, seu Velluti pedes induant, reliquasque Vestes se, suoque officio dignas gerant. Hunc enim cultum Majores nostri eos decere judicarunt. Prima die eorum officij quilibet hora solita Civium caterva preambulo Sono Campane Communis coadunata comitante Cathedralem Ecclesiam ingrediatur, ibidemque omnes coadunati Missam ad principale Altare ejusdem Ecclesie audiant. Simulque deinde ad Palatium D. Gubernatoris dicte Civitatis accedant ubi in presentia Antecessorum Priorum quilibet ipsorum corporaliter tactis Scripturis in manibus prefati D. Gubernatoris Cancellario dicti Communis deferente, et acceptante jurent S. Romane Ecclesie, S.mo D.no N.ro, et S. Sedi Ap.lice, ceterisque Superioribus, ut par est, fidem, et obedientiam, ac devotionem prestare, et in eorum fide, obedientia, et devotione durante tempore eorum officij Civitatem ipsam, suumque populum manutenere, eorumque officium bene, et legaliter gerere, et omnem honorem, jurisdictionem, jura, immunitates, et privilegia Communis Fulginei conservare. Justitiamque tam pauperibus, quam divitibus equa lance administrare, Statutaque, Reformationes, et ordinamenta, et omnia in presenti capitulo contenta, aliaque decreta, et consuetudines observare. Demum ab antecessoribus Prioribus associati ad solitum Palatium ire debeant, et ab eisdem informationem recipere eorum, que adhuc executioni demandata non fuere, et in pendenti remansere. In quo dicto Prioratus officio durante diu, noctuque residentiam faciant, et quilibet eorum faciat, ibidemque simul comedere, et bibere debeant, nisi justo impedimento aliquis ipsorum in Domo detineatur. Nec de Palatio ipsorum exire possint, nisi cum Vestibus, et ornamentis consuetis, et omnes simul cum tota Familia, sub pena privationis officij, et 25. libr. denar. pro quolibet, et qualibet vice, ipso facto incurren., et applicanda Communi Fulginie. Nec prefati DD. Priores debeant sub jam dicta pena pro facto proprio, vel alicujus alterius persone ad D. Gubernatorem, vel Pretorem, vel alium Officialem, vel Superiorem, nisi prius inter ipsos, et Novemviros de ipso accessu, et ejus causa deliberatio fiat, qui si accedere deliberaverit cum tota Familia, et Cancellario dicte Civitatis accedere debeant, causam, de qua deliberaverint, proponant, et non aliam, sub jam dicta pena. Nec aliquis ex jam dictis Prioribus ex causa propria extra dictam Civitatem discedere possit, nisi prius petita, et obtenta licentia a Mag.co Concilio dicte Civitatis, qua habita, equitando, et associatus a duobus Famulis de Familia dicti Palatij ad minus accedere debeat sub jam dicta pena ut supra incurrenda,

renda, et applicanda. Nullusque sub eademmet pena ut supra incurrenda, et applicanda postquam extractus fuerit ad dictum officium Prioratus usque ad decem dies post illud finitum possit coram aliquo Officiale alios citari facere, vel aliqua ex causa criminali, vel civili, vel mixta convenire, nec etiam possit ab aliquo citari, et conveniri, et si aliquam causam inceptam habuerit per dictum tempus in ea supersedatur, et si citatus, vel conventus fuerit, vel alios citari fecerit, vel convenerit ultra jam dictam penam, sit citatio nulla, et processus, et quicquid actum fuerit nullus, et nullum. Item dictos DD: Priores primum locum teneat Caput Prior, qui propter ejus gradus preeminentiam etiam Vestibus Sericis nigri coloris oblongis tamen ut supra induere possit, cujus cura sit inter Novemviros, et in Mag.co Consilio Centumvirale de casibus occurrentibus propositas facere legatis, et oratoribus, seu aliter ipsis DD: Prioribus expositionem aliquam facientibus responsum dare. Qui priori loco sedeat, et inter ipsum, et ejus promissorem Collegam D. Gubernator incedat, inter alios vero duos, videlicet tertium, et quartum sit locus D. Pretoris dicte Civitatis, et inter alios duos ultimos Judex Appellationum ejusdem Civitatis incedat, sedeant vero post D: Gubernatorem Caputprior, Secundus Prior, D. Pretor, tertius Prior, Judex Appellationum, quartus Prior, et quintus Collateralis D. Pretoris, et Prior Novellus ultimo loco. Teneanturque prefatos dicte Civitatis Officiales ad quelibet Solemnia, in quibus ipsi DD: Priores interesse debent invitare, ad que cum tota Familia ipsius Palatij a pluribus Civibus quam fieri poterit associati accedere debeant, et teneantur. Quorum DD: Priorum ultimus Prior, vulgo dictus, Prior Novellus super expensis, Magistro Domus prefatorum DD: Priorum facien., alijsque ad gubernium DD: Priorum pertinentibus curam habeat. Crateras, Vasa, et alia Supellectilia dicti Palatij, tam argentea, quam aenea, et alia quecumque custodire teneatur, illaque omnia integra Successori suo per inventarium consignare, pecunias per signationes bullectarum executivarum solvendas recipiat, easque in Cippo ad id deputato ponat, et de eis rationem suo periculo Depositario prius Montis Pietatis in fine officij ipsius reddat. Teneanturque prefati DD: Priores, et quilibet ipsorum morigeratè, et laudabiliter vivere, et in Palatio a blasphemia, ludisque prohibitis tam ipsi abstinere, quàm etiam curare, ut illi de eorum Familia, et alij abstineant, baraterias, et inhonesta non faciant, nec alios facere permittant, sed Prioratus gradum in omnibus, et cum omnibus servent, sub pena prestiti juramenti, et amissionis Salmarum frumenti Prioribus a Communi Fulginie dari solita

tarum. Debeantque negotia per ipsorum Precessores pro Communi dicte Civitatis incepta
fine debito terminare, et tempore, quo ipsis necessarium, aut utile videbitur pro expeditione
cujuscumque negotij Novemviros ad solitum sonum Campane convocare, eisdemque per propo-
sitas ut supra, a Caputpriore faciendas super occurrentibus negotijs consulere, et quod inter
ipsos DD: Priores, et Novemviros more solito obtentum fuerit, ipsi DD: Priores exequi te-
neantur. Centumque Virale Consilium semel ad minus in quolibet Mense eorum Magistra-
tus more solito convocare, in primo, videlicet, mense ante lapsum decem dierum, in secundo
vero ante lapsum quindecim dierum, in quibus Consilijs solum de utilitate publica sit fa-
cienda proposita, prius tamen una cum Novemviris, et Legum Conservatoribus visis Apo-
dissis in Tamburo repertis, et quas inter ipsos per ballottas, seu fabas obtinent. vide-
bitur in quolibet, et dictis Concilijs proponere debeant, de quibus apodissis in Tambu-
ro repertis, si aliquas ad infamiam alicujus factas viderint, eas omnino rejciatur, nec
in Concilio proponi permittant sub pena 50. libr. denar. ipso facto pro quolibet de
DD: Prioribus, et Novemviris, et Legum Conservatoribus incurren., et Communi Fulginij ap-
plicand. Et alias toties prefatum Centumvirale Consilium in quolibet ex dictis Mensi-
bus convocare debeant, quoties ipsis, et prefatis Novemviris utile, aut necessarium videbi-
tur, vel ab aliquibus Civibus alicui Negotio prefectis requisiti fuerint, et in eo de omni-
bus negotijs occurrentibus propositam facere, et super propositis sententias dictas a
Consiliarijs, una cum Novemviris eligere debeant, que magis utiles Communi Fulginij, vel
rei, super qua proposita facta fuit, videbuntur, easque ita electas in Concilio ballottan-
das per Cancellarium proponere, et obtentas more solito prefati DD. Priores, qua decet cele-
ritate, executioni mandare, sub pena prestiti juramenti. Et si contigerit adhuc DD: Prio-
rum bussulo durante, quod imbussulati ex aliquo officiorum bussulo omnes extracti fuerint,
de eo propositam in Concilio facient, et quicquid decretum fuerit, juxta formam ipsius
decreti, exequantur, et faciant, vel exequi, et fieri curent bona fide, et nulla adhibita
fraude, sub pena prestiti juramenti. Teneanturque in Concilio cum Vestibus, et ornamen-
tis, quibus extra Palatium ut supra induere debent in loco eminente cum decoro, et gradu
dignitatis sedere. Nec possint a Mag.co Concilio prefati DD: Priores, vel aliquis ipsorum
aliquid ad eorum utilitatem, vel honorem, vel gradum petere. Et si quis petierit incidat
in penam 50. libr. denar., et quicquid obtinuerit, sit nullum, et nullam habeat roboris fir-
mitatem, nec aliquo modo id assequi possit, et Caputprior, qui de eo propositam fecerit
in eamdem

in eandem penam incidat, etiam ratione proposita. Teneanturque quolibet Mense semel saltem Muros dictæ Civitatis tam intus, quàm extra circum ire, et si quid debile, aut ruinosum, vel defectivum videbunt, id Mag.co Concilio notum faciant, et quam ipsi Mag.co Concilio provisionem facere videbitur, exequantur sub jam dicta pena prestiti juramenti, semelque ad minus DD: Priores per duos ex eis pariter accedentes in eorum officio Arces Castri Gualdi Captaneorum, et Castri Rocchæ Franchæ revisere teneantur, an earum Custodes debitam provisionem pro earum custodia in eis, et qualibet earum habeant, aliaque ejusdem Civitatis loca juxta eorum indigentiam, quæ eis videbitur revideri faciant. Et si contingat, aliquem ex prefatis DD: Prioribus in officio mori (quod Deus avertat) pro ejus funeris impensis à Communi dictæ Civitatis Florenos duodecim papales erogentur.

De auctoritate, & potestate DD. Priorum. Cap. XXI.

Quia quodlibet officium auctoritate, quam habet, fit nobilius, ideo statuimus, et ordinamus, quod DD: Priores dictæ Civitatis, qui pro tempore fuerint, habeant auctoritatem, et potestatem ad instantiam, et requisitionem cujuslibet particularis personæ dictæ Civitatis, vel ejus Comitatus, vel in eo, seu ea habitantium scribere de justitia administranda Potestati Castri Gualdi Captaneorum, Potestati Rocche Franchæ, Castellanis Castrorum Verchiani, Rafiliæ, et Collis Floreti, Vicarijs Castrorum. Castri Annifi, et Populæ. Qui Officiales teneantur, et debeant preceptis, et literis prefatorum DD: Priorum, in quantum justitia suadebit, obedire, juxta formam Capitulorum prefatorum Potestatum, et Castellanorum, ac Vicariorum infra sub Rubrica 28., et sub pena in dictis Capitulis contenta, possintque querelas de prefatis Potestatibus, Castellanis, et Vicarijs, seu de aliquo ipsorum per aliquas particulares personas, vel Universitatem, contra personas eorum, vel alicujus ipsorum expositas, et ubi de interesse alterius partis collitigantis non agatur, audire, et querelantes ab injurijs, et torto earundem defendere, pignora, vel penas forsan extortas restitui facere, et indemnitati hominum dictæ Civitatis, et ejusdem Comitatus, et in ea, seu eo habitantium penes dictos Potestates, Castellanos, et Vicarios, et quemlibet eorum, ut justum, et equum videbitur, providere: possintque prefati DD: Priores de querelis, et gravaminibus per particulares personas ejusdem Civitatis, vel ejus Comitatus, vel in eis, seu aliquo eorum degentes, contra Officiales, seu Officialem aliquem, vel Notari-

et, seu Notarium Banchi Damnorum datorum propositis audire, et querelantium indemnitati providere. De Simonijs, et pecunijs, et rebus alijs ab Officialibus, vel Officiale prefati Banchi extortis, vel aliter male ablatis cognoscere, et Simoniacos per Officiales ejusdem Civitatis jus reddere debita pena multari facere, extortasque pecunias, vel res, vel aliter male ablatas restitui, providere valeant. De Consulatu alicujus Societatis dicte Civitatis, vel Sindicatu alicujus Castri, seu Ville, vel alio officio eorumdem differentias inter homines alicujus Societatis dicte Civitatis, vel Castri, vel Ville vertenses, juxta formam Statutorum, seu Reformationem dicte Civitatis, vel consuetudinem loci illius debito fine terminandi habeant potestatem. Collectas impositas quascumque ~~solvere~~ recusantes, et onera tam personalia, quam realia, et mixta subire remittentes, ad requisitionem Consulis Societatis illius, vel Sindici Castri, seu Ville, sub qua, seu quo talis recusans, seu renitens erit, ad solutionem dictarum Collectarum, et ut dicta onera subeant compellere possint, et quatenus opus erit per D. Pretorem, vel alium Officialem dicte Civitatis ad predicta exequenda prefati DD: Priores ita renitentes astringi facere, quibus prefatus D: Pretor, et alij Officiales dicte Civitatis omne auxilium, et favorem prestare debeant, et teneantur, pro predictis exequendis sub pena 50. libr. denar. per prefatum D. Potestatem, seu alium dicte Civitatis Officialem quoties contrafecerit ipso facto incurrenda, et Communi Fulginie applicanda. Sindicos Castrorum, et Villarum ad idonee fidejubendum prima die eorum officij cogere possint, et debeant, alias nisi eorumdem DD: Priorum periculo admitti non possint. Consules ipsos, seu Sindicos pro adimplendis negotijs dicti Communis astringi, et detineri per eosdem Officiales dicte Civitatis facere valeant, quoscumque dicti Communis debitores quacumque ex causa, vel occasione ad ipsorum DD: Priorum simplicem requisitionem per prefatos dicte Civitatis Officiales astringi, et detineri facere possint. Civesque ejusdem Civitatis cuicumque negocio Prefectos deputatos quandocumque ipsis videbitur ad se ipsos vocare, ipsosque ad exequendum mandata eis imposita compellere possint, et omnia computa cujuscumque administrationis dicti Communis, vel saltem duo ad minus computa revideant, et calculent, et reliqua exigant sub pena 25. libr. denar. ut supra, per quemlibet ipsorum incurrenda, et applicanda, non tamen ea, que Mag.cum Consilium per alios viden., et specialiter calculan. decrevisset. Querelasque per aliquam particularem personam, seu Universitatem contra Cives cuicumque negotio

tio Prefectos expositas audire, et si ipsis videbitur, partibus auditis terminare, aut Mag.cum Concilium dicte Civitatis desuper consulere. Quodcumque negocium a Mag.co Concilio dicte Civitatis eis impositum fine debito quanto citius terminare valeant, et debeant sub jam dicta pena. Et in negocijs ad ipsorum officium pertinentibus, quilibet de dicta Civitate, vel Comitatu, vel in ea, seu et habitator parere, et obedire teneatur sub jam dicta pena 25. libr. denar. Communi Fulginie applicandarum. Declarantes tamen, quod quoties inter aliquos super predictis, vel aliquo predictorum differentia aliqua coram prefatis DD: Prioribus verseretur, teneantur, et debeant Advocatum Communis Fulginei, qui pro tempore erit, vocare, juxtaque ejus consilium differentiam predictam decidere, et si quando ipsis DD: Prioribus videbitur, etiam alios Jurisperitos dicte Civitatis ultra ipsum Advocatum super tali differentia consulere, et secundum Advocati, et aliorum Jurisperitorum vocatorum, vel majoris partis eorum concilium questionem, et differentiam terminare teneantur, et si aliter, quàm prefato Advocato, vel majori parte Jurisperitorum vocatorum videbitur, differentiam predictam decidens, dictorum DDnorum decisio sit nulla, et nemo astringatur eam sequi. Utque maleficia tam in dicta Civitate, quàm in ejus Territorio, et Districtu commissa puniantur, et quodque omnibus, et singulis fiat justitia, et quod nullus contra jus, et justitiam opprimatur providere possint, et debeant. Et quod pecunia, et res communis indebite non expendantur, prohibendi auctoritatem, et potestatem habeant: quascumque literas nomine Communis cuilibet Superiori, vel Communitati, vel persone particulari, vel cuilibet alteri per quoscumque Cives cuicumque negotio prefectos mittendas legere, potestatem habeant, et si ipsis videbitur, sigillo Communis sigillari posse concedendi, vel alias desuper Mag.cum Concilium dicte Civitatis consulendi. Nisi a viginti Civibus de Numero litere scripte sint, quas nec videre, nec sigillo claudi negari possint sub pena 50. libr. denar. qualibet vice incurrenda, et Communi Fulginie applicanda. Ipsi tamen DD: Priores ad instantiam alicujus persone particularis, sive laicalis, sive Ecclesiastice, vel alicujus Superioris alicui sub jam dicta pena scribere possint inconsulto Concilio D: Potestati dicte Civitatis Fulginie resignam de eisdem Officialibus, et Familia, et putaturas facere juxta formam Capitulorum ejusdem D. Potestatis desuper hoc libro explicatorum, valeant, et debeant quemlibet ex Famulis de Familia ipsorum DD: Priorum quandocumque eis videbitur removendi, et de Palatio dicti Communis expellendi, facultatem habeant. Te-

stivitates secundum formam Statutorum Civitatis Fulginii sub pena in dictis Statutis contenta custodiri facere possint, et debeant, et non custodientes ad solutionem dicte pe-ne astringere. Utque Officiales ad ponderandum venalem panem, carnes, pisces, et alia extraordinaria deputati eorum officium exequantur, compellere possint, aliaque dicte Civitatis, et ejus hominibus utilia facere, et per Officiales dicte Civitatis, et ejus districtus fieri curare possint, et jurent.

De electione Conciliariorum, & eorum juramento, & officio. Cap. XXII.

Cum difficile sit in unum Fulginatem populum convocare pro negotiis occurrenti-bus expediendis, equum visum fuit Concilium vicem populi habere. Ideo statuimus, et ordinamus, quod si quando DD. Prioribus dicte Civitatis, et Novemviris videbitur aliquem esse de dicta Civitate idoneum, qui inter Consiliarios, et in eorum nume-ro aggregari debeat, illum in Concilio proponant, an ipsis Conciliariis videatur ipsum in Conciliarium recipere, et per ballottas, seu fabas talis propositus pro duabus partibus de tribus obtentis, sit, et esse intelligatur de numero Conciliariorum, et nullus tamen in Conciliarium eligi possit, cujus Pater, a quo emancipatus non fuerit, et seorsum non habitet, vel cujus Frater carnalis, vel Sobrinus, vel Patruus, cum quo simul habitat, sit de numero Conciliariorum. Nullusque novus Civis dicte Civitatis Fulginii a decem annis citra possit eligi in Conciliarium dicte Civitatis. Et nullus, qui fuerit proditor Communis Fulginii, vel alicujus Castri dicte Civitatis, nec descendentes ab eis possint de Consilio eligi, et si postquam electus fuerit proditor ~~fu~~ fuerit ipso jure intelligatur privatus. Nullusque minor 25. annis de Conciliariis eligi possit, et si aliquis ex predictis electus fuerit, ejus electio sit nulla, et invalida, nec possit aliquo modo inter Conciliarios in Concilio esse, a quo expellatur, si adesse nolue-rit, vel per Superiorem ad petitionem cujuscumque prohiberi possit, ne ad Concilium accedat. Et nihilominus ipsi DD. Priores eum eligentes incidant ipso facto in penam 50. libr. denar. pro quolibet Communi Fulginii applicandam. Et ipse electus si in Concilio adesse voluerit ipso facto incidat in penam Centum libr. denar. dicto Communi applicandorum. Et major 70. annis Conciliariis non teneatur venire ad Concilium, nisi voluerit. Et ubi plures essent in una domo major ipsorum

possit

poſsis eligi in Conciliarium, et de alio ex illis facta electio non teneat ut supra. Nec aliquis de Concilio eſse poſsit, nisi inter Conciliarios ut supra obtineatur, et si alio modo, vel via de illo eſse voluerit, nullo modo admittatur, et ipso facto incidat in penam Centum libr. denar. dicto Communi applicandarum, debitoque modo electus antequam inter Conciliarios describatur, et in concilio adeſse poſsit, jurare teneatur in manibus DD. Priorum Cancellario dicti Communis deserventi fideliter, et legaliter se gerere, et bona fide, et sine aliqua fraude, et credentias, seu secreta ei imposita pro Communi Fulginiæ non manifestare, et super casibus propositis benè, et legaliter sicut eis melius visum fuerit pro honore, et bono statu Communis Populi Civitatis Fulginiæ consulere, et quod magis utile Communi Fulginiæ videbitur quantum in ipso erit obtinere. Qui Conciliarij teneantur, et debeant venire ad Concilium poſt ultimum sonum Campanæ tribus vicibus pulsatæ. Una vice videlicèt de sero, alijs duobus in die sequenti: et si celeritas casus occurrentis requirat etiam quod eadem die tribus vicibus pulsetur poſt ultimum sonum venire teneantur, et quicumque Conciliarius non venerit in penam quinque solidorum denar. ipso facto qualibet vice incidat Monti Pietatis applicandam, quæ pena non intelligatur remiſsa, donec illam non solverit: et extractus ad aliquod officium dicta pena integraliter non soluta, illo officio potiri non poſsit, sed laceretur, et alius de buxulo spicciolatorum extrahatur, seu jam extractus admittatur. Nullusque de cujus negotio tractaretur in dicto Concilio permanere poſsit, et si permanserit, non valeat, quicquid super suo facto in favorem ipsius fuerit deliberatum, et nihilominus incidat in penam X. libr. denar. Communi Fulginiæ ipso facto applicandam. Et super qualibet proposita tres de Conciliarijs ad minus consulere debeant, qui in eorum dictis utantur brevitate, et ad aliam materiam, nisi ad propositam se non extendant, et quicquid extra propositum dixerit, non describatur, et incidat in penam quinque solidorum Communi Fulginiæ applicandam. Et nullus Consultor, seu Concionator consulendo, seu concionando super proposita dicat id, quod alius dixerit, et contrafaciens pro qualibet vice in solidis quinque denar. Communi Fulginiæ condemnetur. Et integrum Concilium eſse intelligatur quoties affuerint quinquaginta Conciliarij. Et si quis ex Conciliarijs credentias aliquas manifestaverit, solvat Communi Fulginiæ 25. libras denar., et ipso Con-

silio ipso facto privatus intelligatur per tres horas, et nullum officium habere possit in dicta Civitate per dictum tempus. Et quicquid deliberabitur, reformabitur, vel providebitur in dicto Consilio debeat obtineri per duas partes astantium DD: Priorum, et Consiliariorum, nisi aliter in aliquo casu specialiter provisum fuerit.

De his, qui tenentur venire ad Concilium. Cap. XXIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis steterit extra Civitatem Fulginię, quando pulsat Campana de sero, seu prima vice ad Concilium, vel si esset paratus ire foras, vel si esset infirmus, vel esset in Nuptijs, vel alio justo impedimento impeditus, vel esset major 70. annorum, non teneatur venire ad Concilium, nec teneatur ad penam, et de predictis stetur Sacramento suo. Et quilibet de Consiliarijs licentiam de non veniendo ad dictum Concilium per DD: Priores, qui pro tempore fuerint, obtinere possit, et cuilibet ex dictis DD: Prioribus de licentia data, credatur.

De auctoritate, & potestate Concilij. Cap. XXIIII.

De auctoritate Concilij eam ob causam libenter dicimus, non ut ei majorem auctoritatem attribuamus, sed ut, quę illa fuerit a primordio Civitatis Fulginię nemo, nobis scribentibus, ignoret. Statuimus igitur, et ordinamus, quod Concilium dictę Civitatis possit omne id tractare, ordinare, deliberare, disponere, statuere, et reformare, quod totus, et integer populus Civitatis predictę, tractare, ordinare, deliberare, disponere, statuere, et reformare posset, et quicquid tractatum, ordinatum, deliberatum, dispositum, statutum, et reformatum fuerit per Concilium predictum modo, quo supra diximus in precedenti proximo Capitulo, habeatur, et intelligatur tractatum, ordinatum, deliberatum, dispositum, statutum, et reformatum a toto integro populo predicto. Possitque tractare, et deliberare de Collecta imponenda, et exigenda, et de quibuscumque expensis faciendis, pro quibus Collectas imponere possit modo, et forma, quibus ipsi Concilio videbitur, et placebit. Et de electione D. Pretoris, et ejus Officialium, qui pro tempore futuri erunt dictę Civitatis, et aliorum Officialium ejusdem Civitatis, Castrorum, et locorum ejusdem, et de immunitate concedenda alicui ex dicta Civitate, vel Territorio, vel alicui Forensi, in perpetuum, vel ad tempus. Possitque

etiam

etiam tractare, disponere, et deliberare de Civilitate concedenda cuicumque ipsi videbitur gratis, vel pretio soluto, et de alienatione, hypotecatione in perpetuum, vel ad tempus, vel alio quovis modo bonorum stabilium, vel mobilium, jurium, vel actionum, vel jurisdictionum, quę, et quas dictum Commune habet in dicta Civitate, et in singulis Villis, et Castri Comitatus Fulginij, vel alibi. De oneribus subeundis per aliquas particulares personas dictę Civitatis, vel ejus Comitatus, et Districtus, ad quas onus illud magis spectare ipsi videbitur. Et nomine dicti Communis, et Populi quoscumque Procuratores unum, vel plures, et ubicumque videbitur, et placebit constituere, quascumque lites, et Causas assumere, movere, et finire nomine dicti Communis, et Populi cum quibuscumque, et in quacumque Curia, et loco, vicem Potestatem, et auctoritatem ipsiusmet Concilij pro aliquo negocio, vel causa, vel etiam generaliter aliquibus particularibus personis, seu etiam particulari personę dare, concedere, et demandare damnum dantibus in Territorio, Comitatu, et Districtu dictę Civitatis quomodocumque, et qualitercumque penam, prout temporis occasio suadebit, et ipsi videbitur, augere, et minuere possit, et incursam in totum, vel in partem exigere, vel remittere estimationem, juxta formam Statutorum pro domino, cui datum damnum extitit, factam, ad veram, et communem estimationem reducere possit, et de omnibus alijs factis negotijs necessarijs, et expedientibus quomodocumque, et qualitercumque dicto Communi, et Populo tractare, ordinare, et deliberare. Et prohibitiones, seu reformationes quascumque etiam sub penis quibuscumque videbitur applicandis, sicut hucusque fecit, constituere, et facere possit. De condemnationibus tamen alijs ad Cameram pertinentibus bannis, et processibus in perpetuum, vel ad tempus remittendos, cassandis, suspendendis, vel tollerandis se intromittere non debeat.

De Novemviris, & eorum juramento, & Officio. Cap. XXV.

Quia principijs occurrere opportunum visum est. Ideo Statuimus, et ordinamus, ne per inordinatas propositas damnum Communi, vel periculum subsequatur, quod sint, et esse debeant Novemviri, qui sint, et esse debeant de numero Consiliario-

rum, et eorum, qui fuerint imbussulati, in loco Caputpriorum, et electio, de aliis facta, sit nulla, et extractus, qui fuerit de alio ordine, seu gradu, laceretur, et alius extrahatur in locum illius, et nihilominus Imbussulatores incidant in penam 25. libr. denar. pro quolibet Communi Fulginie ipso facto applicandam: quorum tres extrahantur in qualibet extractione facienda de dictis DD: Prioribus, et eorum officium duret per sex Menses, ita, quod semper sint Novemviri, sex de veteribus, et tres de novo extracti: qui quoties ipsis DD: Prioribus aliquod negotium occurrerit, sono Campane vocentur, tribus ictibus pulsatis, qui teneantur ad dictum sonum Campane ire ad Palatium, et consulere super propositis illis factis per DD: Priores, et videbitur ipsis expedire, et utile esse Communi, et rei super qua proposita facta fuit. Et DD: Priores non possint, nec debeant Consilium dicte Civitatis convocare, nisi prius inter ipsos DD: Priores, et Novemviros prefatos de illo convocando deliberatum fuerit, sub pena 25. libr. denar. pro quolibet ex dictis DD: Prioribus incurrenda ipso facto, et Communi Fulginie applicanda, nisi in casibus expressis supra in Capitulo de DD: Prioribus. Nec aliquam propositam facere possint in Concilio prefati DD: Priores, nisi prius illas per balluctas, seu fabas pro majori parte inter ipsos DD: Priores, et Novemviros deliberata, et approbata fuerit sub jam dicta pena. Et quicquid deliberatum fuerit, forma predicta non servata, non valeat, nec teneat, nec habeat roboris firmitatem. Nec prefati DD: Priores super propositis factis in Consilio, partitum, nec arrengam aliquam in Consilio balluctandam accipiant, nisi inter ipsos DD: Priores, et Novemviros de ea accipienda, et balluctanda ut supra deliberatum fuerit sub jam dictis penis, et dictorum Novemvirorum sufficiens numerus pro predictis expediendis esse intelligatur, dummodo interveniant tres ad minus, et alii post dictum sonum Campane per aliquod spatium arbitrio ipsorum DD: Priorum, et aliorum trium de Novemviris, qui accesserint, expectati fuerint, tribus vero de dictis Novemviris ad minus non intervenientibus, nihil per prefatos DD: Priores deliberari possit, et si deliberatum fuerit, non teneat ipso jure, et quilibet ipsorum ipso facto incidat in penam 25. libr. denar. Communi Fulginie applicandam, et quilibet ipsorum. Juret ad Sancta

Dei

Dei Evangelijs tactis corporaliter Scripturis ipsorum officium facere bona fide, et non deliberare, nec approbare aliquam propositam, quam non videat ad Communis utilitatem redundare.

De Conservatoribus Legum, & eorum officio, & juramento. Cap. XXVI.

Non solum est Reipublicæ perniciosum, verum ab ejus dignitate valde alienum, ut aliorum premeditatis suasionibus, et importunis postulationibus leges abrogentur. Statuimus, et ordinamus, ut Cives ad conficiendum bussulum DD. Priorum, vel aliter a Mag.co Consilio deputandi eligant aliquos Cives, qui sint ordinis, et de numero Caputpriorum, quos, et quorum nomina in breviculis, sive Cartulis per Cancellarium Communis ternatim describi faciant, bussulumque ex eis conficiant, illumque DD. Prioribus, et Cancellario consignent, reponendum per eos in Capsa officiorum Communis: et tempore extractionis faciendæ de Magistratu DD. Priorum, caeterisque officijs per Mag.cum D. Gubernatorem, et in ejus absentia per Caputpriorem dictæ Civitatis extrahatur unum ex dictis breviculis, continens nomina trium Civium, qui Nomen, et officium Conservatorum Legum assequantur pro uno Semestre incipiendo in Kalendis Mensis Januarij, vel in Kalendis Mensis Julij. Qui in principio eorum officij coram Mag.co D. Gubernatore, DD. Prioribus dictæ Civitatis, et in manibus Cancellarij, juxta formam traditam in Capitulo de Novemviris solitum recipiant juramentum. Penes quos altera ex clavibus Capsettæ tamburi esse debeat: et in dicti tamburi aperitione ordinaria, sive extraordinaria, et in cujuslibet Magistratus, et officiorum extractione debeant per DD. Priores vocari per unum de eorum Familia pro certis die, et hora: dictique Cives, et Legum Conservatores comparere teneantur, et in prædictis, et quolibet prædictorum interesse, nisi legitimo excusentur impedimento, sub pœna x. libr. denar. a quolibet ipsorum contrafaciente auferendorum, et Communi Fulginiæ applicandorum. Declarantes, quod propter eorum, aut alicujus ipsorum absentiam, vel contumaciam, actiones, sive executiones prædictæ impediri, aut retardari non possint, debeant, et teneantur Conservatores prædicti, aut eorum duo, vel unus, qui præsentes, seu præsens fuerit, tam in discutiendis apodissis de tamburo receptis, in Magistratus, et officiorum extractione, quam in Consilio Centumvirali, dum contigerit celebrari, pro viribus curare, ne quid

55v

contra legem fiat, aut tractetur. Possintque coram DD: Prioribus de legum inobservantia protestari. Teneantur insuper, et debeant indulta, et privilegia a Romanis Pontificibus, ac Superioribus per Communitatem Fulginii obtenta, tam Mag.co D: Gubernatori, quam Potestati, aliisque Officialibus dictæ Civitatis intimare, et intimari facere, et eorum observantiam petere, et de eorum inobservantia debitis modo, et forma protestari, et denique in omnibus concernentibus legum, et ipsius Reipublicæ conservationem sit, et intelligatur dictis Civibus omnis cura, et plenaria auctoritas demandata.

De officio, jurisdictione, & juramento viginti de Numero. Cap. XXVII.

Cum experientia comprobatum est Numerum Viginti proborum Virorum a Communitate Civitatis Fulginii institutum, et ordinatum ad reprimendam flagitiosorum insolentiam, justitiamque, ac pacem in ipsa Civitate conservandam, et ad Officialium S: D: N: favorem plurimum prodesse ad premissa dictum Numerum, et officium viginti Virorum in eadem Civitate statuimus perpetuo esse, prout hactenus consuetum est. Et ad idem officium viros probos annuatim eligi, qui assiduè, et omni tempore de omnibus rebus publicis, et de illis, quæ ad publicam utilitatem, et quietem pertinent consulere, et providere possint volumus, et decernimus. Et ut quæ agenda, et expedienda remanserunt in dicto officio anni precedentis plenè sciant, ut quolibet anno remaneant in eo quinque ex illis, qui proximo elapso anno fuerunt in officio. Eligendi videlicet dicti quinque per suffragia more solito inter ipsos, et per ipsos probos viginti viros de numero cum presentia, et suffragio D. Gubernatoris, seu Locumtenentis dictæ Civitatis pro tempore existentis: alii vero quindecim eligantur, et eligi debeant per Communitatem, et Consilium Centumvirale modo, et forma consuetis. Qui sic electi statim in eodem Consilio in manibus DD: Priorum prestare teneantur, et debeant juramentum de exercendo officium legalitèr, et fidelitèr in forma corporalitèr manutactis Scripturis. Et quoniam ad repressionem, et punitionem malorum Officialium, vires interdum non sufficiunt, volumus, et decernimus, viginti predictos obligatos esse, et teneri ad omnem requisitionem Gubernatoris, seu Locumtenentis pro tempore existentis personalitèr etiam cum armis, si opus fuerit, et personis per eos vocandis Curiæ, et Officialibus assistere. Liceatque ipsis viginti de

de numero, et cuilibet ipsorum mandare cuicumque sub pena pecuniaria, de qua ei videbitur, dummodo summam vigintiquinque Ducatorum non excedat, ut armatus sequatur. Possintque dictam penam de facto exigere, et exigi facere, que Communi dicte Civitatis applicetur, et a premissis ratione Consanguinitatis, vel affinitatis nullus valeat excusari, aut se tueri. Et liceat illis prout in dicto numero decretum fuerit, quodcumque visum fuerit, scribere de rebus publicis, et que quietem Civitatis, justitie cultum, et ipsorum officium concernunt, cuicumque expediens judicabitur, Sigillisque Communitatis ad libitum pro predictis uti. Prioresque pro tempore existentes teneantur quoties a jure, et duobus, vel tribus alijs de numero predicto fuerint illius nomine requisiti ad sigillandas quascumque literas, et instructiones absque eo, quod sciant, aut requirant quid in illis contineatur, aut ad quem effectum, vel ob quam causam scribantur, aut mittantur, et ad effectum premissum Sigilla tradere sub pena, et ad penam 25. Ducatorum Auri pro quolibet contrafaciente, repugnante, differente, vel replicante, que pena toties incurrant, quoties fuerit contrafactum, et exequatur de facto absque aliquo processu, et applicetur dicto Communi, et de contrafactione, repugnantia, dilatione, vel replicatione credatur dictis Priori, et duobus, vel tribus de ipso Numero cum eorum juramento. Teneaturque Gubernator, vel Locumtenens pro tempore, cum primum id illis fuerit per predictos denunciatum, dictam penam exigere pro dicto Communi fine officij Prioratus minime expectato Statutis, privilegijs, indultis, et consuetudinibus dicte Civitatis de Priorum immunitate, et officio, ac prerogativis loquentibus minime obstantibus. Et quorum facile evenire posset ut viginti prefati pro mittendis Nuncijs, aut pro aliqua executione contra banditos, exules, et facinorosos, aut aliqua alia re eorum officio incumbente, et publicam utilitatem concernente, facienda, et expedienda opus esset habere unam, vel plures ex clavibus portarum dicte Civitatis in die, vel in nocte Statuimus, et ordinamus Priorem, seu Priores, vel alium quemcumque dictas Claves tenentes; et servantes teneri ad illas dandas, et tradendas quandocumque fuerint a dicto Numero, vel ejus Priore, et duobus alijs, aut tribus ut supra requisiti, seu eorum aliquis requisitus sub pena predicta 25. Ducatorum incurrenda, exigenda, et applicanda ut supra, et credatur, ut supra dictum est. Statuimus etiam, et ordinamus Priorem, seu quemlibet alium de dicto Numero, qui Claves dictas acceperit promissione in Civi-

tatem alicujus Rebellis, exulis, aut banditi effectu etiam non sequuto teneri ipso facto ad pe-
nam Confiscationis omnium Bonorum, ac exilij perpetui ab ipsa Civitate Fulginie, et ejus
Comitatu, Fortia, et Districtu, que pena bonorum Confiscationis dicto Communi applicetur.
Si quis autem ex viginti predictis odio, amore, prece, pretio, aut aliquo alio effectu, in odi-
um, vel favorem alicujus aliquid ex his, qui in eorum Numero, vel Concilio pro secretis
tractabuntur, et deliberari, ac ordinari contigerit, revelaverit verbo, et literis, nuncio,
vel signis, aut aliter quomodocumque, et qualitercumque, et de illis cum alijs, quàm cum
illis de dicto Numero, et ejus Collegis locutus fuerit, perjurij, ac privationis omnium
officiorum, et perpetue infamie, et 25. Ducatorum predictorum penas ipso facto incur-
rat, dictaque pena pecuniaria exigatur, et applicetur ut supra, careatque perpetuo
omni privilegio, et dignitate Civitatis.+ Et si quis aliquem predictorum viginti de Nu-
mero durante officio ex quacumque causa, aut finito officio ex causa officij perso-
naliter offendat etiam morte, ac membrorum mutilationem non sequuta penam
Rebellionis, et Confiscationis bonorum ipso facto incurrat, et perpetuo ab ipsa Civitate
exulet omni restitutionis spe sublata. Si minis, aut verbis contumeliosis affecerit
in officio, vel post ex causa ut supra, ultra juris, et Statutorum, et Constitutionum
penas in Centum Florenis Auri Camere Aplice applicandis mulctetur contrarijs non
obstantibus quibuscumque. Statuimus etiam, et ordinamus, quod Consanguinei, et
Affines omnium predictorum delinquentium usque in tertium gradum secundum
Jus Canonicum computandum cogantur ipso facto ad redimendum bona ut supra con-
fiscata casu occurrente, et Patres pro filijs usque ad summam legitime ipso facto tenean-
tur.+ Et si intra(?) per duos Menses solvere modo aliquo distulerint, ad solutionem
dupli absque aliqua ulteriori mora cogantur. Statuentes, et ordinantes, quod in
principio officij dicti viginti de Numero, et prestito juramento ut supra, fiant procla-
mata generalia per loca solita, et consueta dicte Civitatis Fulginie, et publicentur
nomina omnium dictorum viginti de Numero, intimando omnium nomina, qui ad
dictum officium fuerint deputati cum omnibus, et singulis supradictis penis promulga-
tis ut supra contra omnes eos offendentes ut supra, et eis non parentes, et impetrentur
a Civibus de Numero Censure specialiter a S. D. N. pro tempore existente, quod omnes
revelantes

revelantes ordinata in dicto Numero ut supra est expressum, incidant in penam excommunicationis latę sententię ipso facto, a qua absolvi non possint, nisi expressa causa, et a S. D. N. pro tempore existente, vel ejus Legato in Provincia Umbrię deputato, ab alio vero absolvi non possint, nisi in Mortis articulo. Addentes, quod ubi in dicto Numero tractari contigerit de re spectante ad aliquem de ipso Numero, vel etiam Familiam, aut Consanguineum, vel Affinem primi gradus secundum computationem Juris Canonici debeant a dicto Numero, durante dicto tractatu, sub pena privationis officij.

De Cancellario, Notario Reformationum Civitatis Fulginię, & ejus officio, & obligationibus. Cap. XXVIII.

Cancellarius Notarius Reformationum Civitatis Fulginię in principio sui officij prestare teneatur corporaliter manu tactis Scripturis de exercendo officium bene, fideliter, et legaliter juramentum in forma in manibus DD: Priorum pro tempore existentium, et idoneam cautionem ad minus Scutorum . . . . auri in auro de faciendis, observandis, et satisfaciendis omnibus infrascriptis. Sitque, et esse debeat Notarius expertus Scriptor bonus, bonę conditionis, et famę, legalitate, fide, virtute, et bonis moribus decoratus, et teneatur, et debeat scribere primo in quaternis, seu bastardellis, inde accuratius transcribere in libris magnis Cancellarię, seu Archivij dicti Communis omnes deliberationes, et reformationes, et quicquid deliberabitur, et reformabitur per DD: Priores, et Consilium Populi dictę Civitatis Fulginię. DD: Priores, et Novemviros nobiles viginti viros de Numero, et omnes alias Prefecturas dictę Civitatis hactenus ordinatas, et in futurum perpetuo ordinandas infra octo dies currentes a die, quo deliberatum, et ordinatum fuerit, et quamlibet apodissam e tamburo extractam in dicto Consilio obtinendam, et omnia Mandata, omnesque bulletas pro quibusvis solutionibus pecuniarum quavis de causa faciendis, et rogitum recipere de omnibus, et singulis occurrentibus dicto Communi, et ea in Protocollis per extensum redigere. Omnes, et quascumque literas missivas nomine publico cuilibet dirigendas quacumque ex causa, et omnes alias Scripturas cum rogitu, et sine quomodolibet ad officium Cancellariatus, et Reformationum spectantes, et pertinentes quomodocumque, qualitercumque, et quacumque de causa, dummodo non sint contra utilitatem, et deliberationes, reformationes, et Sta-

57v

ruta dicte Civitatis, ejusque Communis, teneatur etiam, et debeat facere Copiam omni-um predictorum etiam suorum predecessorum tempore confectorum quibus petenti in publicam formam sine aliquo precio, salvo quod si esset Scriptura, apodissio, vel Reformatio, et Rogitus obtenta, stipulata, et facta sub juramento de non reve-lando, et quorum propalatio esse posset in prejudicium dicti Communis, quod tunc non teneatur, nec debeat ipsorum Copiam facere, nec dare, nisi cum licentia Cen-tumviralis Consilij, et Secreta, et credentias eidem imposita, et impositas, et omnia ordinamenta dicti Consilij, Officialium, et Prefecturarum quarumcumque que sint tenenda Secreta, nulli pandat, nec debeat de dicta Civitate se absentare, nec ali-qualiter recedere sine expressa licentia dicti Consilij, et tunc pro tempore absen-tie Substitutum idoneum a Consilio approbandum dimittere teneatur. Tenea-tur etiam recipere omnes Supplicationes in dicto Consilio proponendas qualibet ex causa sine aliqua mercede, et inde si illas obtineri contigerit, habeat grossum unum pro qualibet persona particulari, et non plus etiam si essent in una Sup-plicatione plures Oratores simul viventes, et ex eadem Familia, ubi autem essent duo, et ultra ex diversis Familijs julium unum. Et pro qualibet Universita-te julium unum cum dimidio, alterum julij monete currentis solvendum tempo-re expeditionis dictarum Supplicationum, et non antea, nec aliter, nec alio modo. Pro literis vero missivis etiam ad instantiam particularium persona-rum, vel Universitatum quarumcumque, dummodo non in casibus prohibitis, et qualibet alicujus Civis in ordine Prioratus aggregatione, et novi Civis creatio-ne nihil percipere possit, nec debeat salva mercede predicte Supplicationis. Teneatur etiam, et debeat premissa omnia in dictis quaternis, bastardellis, et libris magnis postea transcripta publicare, prout hactenus consuevit. Nec ultra Salarium sibi a Camera Ap(osto)lica solvendum modis, et formis hactenus con-suetis aliquid recipiat a Communi, seu speciali persona quacumque ex causa, nisi pro legalitate grossum unum, declarando, quod si pluribus Instrumentis unius Notarij insimul junctis eam faceret, petere non possit, nisi grossum unum.

Et

Et predicta omnia, et singula teneatur observare, et contra non facere quovis quesito colore sub pena juramenti per eum prestiti, et 25. Scutorum auri a se, et dicto suo Fidejussore ipso facto, et absque alia declaratione auferendorum, et Communi applicandorum vice qualibet, de quibus credatur juramento querelantium cum unico tamen teste, et possit propterea etiam ab officio removeri. Statuentes desuper, quod cuilibet copie publicate ex premissis extrahende nihil opponi possit ratione solemnitatum, et substantialium quorumcumque non servatorum, sed fides plenaria in Judicio, et extra adhibeatur, et opponens nullatenus audiatur.

De Camerario Communis Civitatis Fulginie, & ejus officio, & obligationibus. Cap. XXIX.

Item dicimus, et ordinamus, quod Camerarius Civitatis Fulginie eligi debeat, et deputari in Consilio Centumvirali dicte Civitatis more solito, et consueto pro unico Anno tantum Vir probus, bone conscientie, bone conditionis, et fame etatis ad minus annorum triginta cum Salario Florenorum sexaginta, hactenus consueto monete Marchie, quod Salarium eidem Camerario augeri nullo modo possit, et quicquid in contrarium fiat, nullum sit ipso jure, et solvatur iisdem modis, et formis hactenus observatis pro rata tamen temporis, quo servierit, teneatur, et debeat in principio sui officii prestare in manibus DD: Priorum, qui pro tempore erunt juramentum in forma de fideliter, et legaliter suum officium exercendo, et idoneam cautionem in forma depositi cum obligatione in ampliori forma Camere Ap(osto)lice pro Summa, et quantitate Scutorum quingentorum auri de stando ad Sindicatum, finito officio rationem administrationis sui officii reddendo, et reliqua restituendo, satisfaciendoque dicto Communi de omni interesse passo, et incurso, et pecunias dicti Communis, que ad manus suas pervenerint bene, et sollicite custodire, et non expendere, nisi modis, et forma sibi a Concilio Centumvirali traditis, vel auctoritate habentibus ab ipso Concilio, et duos Libros facere, et in eorum altero scribere omnes Introitus, et proventus dicti Communis, et omnes pecunias, et denarios, et omnia, que ad ejus manus pervenient, et in qua moneta, et in qua reddantur, et a quibus, et quo die, et quo Mense, in qua quantitate, et in qua Summa, et in alio omnes Expensas, seu Exitus, in qua Summa, et quantitate, quo die, et in qua moneta, cui, et cujus mandato, et causa conscribendo omnia in eisdem Libris, que receperit, et indicando, que sol-

veris, et expenderis. Ita quod tempore Sindicatus clare, et apte inveniantur scripti, et re-
manere debeant in Cancellaria Communis Fulginie Sindicatu peracto. Et Priores Civita-
tis Fulginie, qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo juramenti, et 25.
libr. denar. pena pro quolibet, infra octo dies a principio eorum officij sollicite requirere,
et requiri facere computum a dicto Camerario, et idem Camerarius eisdem DD: Prioribus
vinculo juramenti, et pena dictarum 25. libr. denar. teneatur, et debeat computum
de predictis dare, et assignare, et ipsum computum singulorum omnium Introituum,
et Exitum predictorum conscribi, et reduci facere per Cancellarium Communis, et re-
portari, et scribi in Libris magnis Archivij, et postea in primo Consilio, quod fiet post
dictum Computum legi facere teneantur, ita quod in principio officij DD: Priorum infra
dictum tempus de duobus Mensibus in duos Menses, successive dictum computum audia-
tur in dicto Consilio, et a dicto Camerario recipiatur secundum quod superius est expres-
sum. Et ad hoc, ut equalitas servetur, statuimus, quod Camerarius predictus teneatur,
et debeat vinculo juramenti satisfacere omnibus, qui apodissas crediti habeant a Com-
muni, et primo habenti apodissas prius satisfaciat, sub dicta pena perjurij, et 25. lib.
denar. de suo Salario Communi Fulginie applicandorum. Ordinamus etiam, quod
dictus Camerarius teneatur solvere monetam quamlibet ad rationem, quam ipse re-
ceperit. Et quod si contingat ipsum aliquod cambium facere de dicta moneta, et ex
illo utilitatem consequatur, eam ponere ad introitum dicti Communis teneatur vinculo
juramenti, et Centum libr. denar. pena ipso facto Communi Fulginie applicandorum.
Et si quis plus debito jam debitum causa solutum petierit ipso facto penam Centum libr.
denar. vice qualibet incurrat dicto Communi applicandam. Teneatur etiam, et debeat
idem Camerarius vinculo juramenti, et pena amissionis totius sui Salarij, et de reficiendo
eidem Communi omnia damna, expensas, et interesse quomodolibet incurrenda, et patien-
da per dictum Commune, exigere omnia, et singula Credita dicti Communis quacumque ex
causa infra Mensem a die consignationis sibi facte, nemini respectum habendo, donec
fuerit integraliter satisfactus, invocando ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachij DDni
Gubernatoris, et Potestatis, et aliorum Officialium pro tempore existentium in dicta
Civitate, et exacta ad Librum Introitus scribere, et sollicite concordare omnes Credito-
res dicti Communis maxime agentes pro Camera Aplica, ita et taliter, quod nullum

interesse

interesse executionis, vel viatici, nullæ aliæ expensæ, nullaque damna dicto Comuni eveniant, alias ipse Camerarius, et dictus ejus fidejussor emendare teneantur omnino, et curam ponere, et intendere circa manutentionem, conservationem, et recuperationem bonorum, et rerum dicti Comunis, et specialiter Molendinorum superioris, et inferioris dicti Comunis, et aggerum, seu clusarum Arcaturarum eorumdem, Palatij DD: Priorum, et omnium aliorum Bonorum dicti Comunis, et omnium rerum spectantium ad munitionem dicti Comunis. Et sit sollicitus, et attentus, quod dicta Molendina, Domus, Palatium, et res aliæ deperire, deguastari, vel perdi non possint, aut inutiles fieri, immo aptare, reparare, et sine vitio, et labe aliquibus sint, et permaneant faciendo expensas pro eorum manutentione, conservatione, et reparatione quomodolibet necessarias, intimatas prius Consilio Centumvirali. Finito vero anno, et officio stet ad Sindicatum per octo dies continuos, et fiant in principio proclamata per Civitatem, et Comitatus fortiæ, et Districtus ejusdem advisentur de dicto Sindicatu, et continue recipiantur querelæ per quatuor dies, et in reliquis omnium resolutio fiat pro, vel contra Camerarium, prout justitia suadebit, et ad Sindicatum eligantur in dicto Consilio quatuor Consiliarij probi ratiocinatores in hujusmodi experti, qui imprimis quod juri consonum fuerit, terminent, et decidant, Deum dumtaxat præ oculis habentes, stantes insuper quod premissa inviolabiliter observentur, et quicquid in contrarium fiat, nullius sit roboris, efficaciæ, vel momenti.

De Magistro Domus, & Familia DD: Priorum. Cap. XXX.

Quoniam ubi multitudo ibi confusio esse solet, et ad obviandum, ne in Palatio, et inter Famulos, et Familiam DD: Priorum inordinatum aliquod inveniri possit, statuimus, et ordinamus, quod pro servitio DD: Priorum, et Communitatis sit, et esse debeat perpetuo unus probus Vir nomine Magister Domus in Palatio eorumdem DD: Priorum, prout hactenus esse consuevit, eligendo more solito, ubi opus fuerit, in Consilio Centumvirali, cum salario, emolumentis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis. Qui Magister Domus sit, et esse debeat, sicut decet, caput totius Familiæ predictæ, et eidem omnes alij Familiares, et Salariati servientes dictis DD: Prioribus in eorum Palatio perpetui Commensales parere, et obedire teneantur omnino pro omnibus, et singulis dicti Palatij occurrentijs, et sui Magistratus Domus officij, alias incidant in penam ipso facto arbitrio dd: DD: Priorum.

pro tempore existentium. Qui Famuli, Familiares, et Servientes predicti sint, et esse debeant in numero componenti, et arbitrio Mag.ci Consilij, eliganturque in eodem Consilio, et inter eos sint, et esse debeant quatuor Tubicines idonei, et in arte tubandi exercitati, et experti, cum Salarijs, emolumentis, honoribus, et oneribus consuetis, et in Comuni, et ad unam Mensam ipsis deputatam commedere, inhibentes DD: Prioribus, ne dare possint eisdem, vel alicui eorum portiunculas separatas sub pena amissionis Grani, et lib. Centum denar. applicanda ipsi Comuni. Qui Magister Domus, Tubicines, et alij Famuli prefati teneantur, et debeant omnibus horis convenientibus, et quibus opus erit, in Palatio predicto stare, et permanere pro servitijs occurrentibus dicti Comunis, et DD: Priorum sub pena pro quolibet quinque lib. denar. dicto Comuni ipso facto applicandarum, retinendarum de eorum, et cujuslibet eorum Salario, et dictus Magister Domus teneatur, et debeat ordinare omnes expensas quotidianas, et illas facere pro Victu DD: Priorum, et Familie eorum congruenter, et laudabiliter, et in transitu alicujus Prelati Superioris, et cujusvis D: Temporalis per dictam Civitatem, arbitrio tamen DD: Priorum assistere teneatur, et obsequi omnibus in his, et alijs mandatis, ordinationibus dicte Communitatis, et DD: Priorum pro tempore existentium, et alias Salarium consequi non possit, nec debeat, et sit illo privatus ipso facto dicto Comuni applicando, et possit ab officio removeri. Teneatur etiam, et debeat idem Magister Domus facere listam ordinatam pro guardia facienda in dicto Palatio de omnibus predictis Famulis, ut ter in singulis diebus sint, et esse debeant custodes in eodem Palatio ante Hostium solite Mansionis DD: Priorum, ordinando illos. Item teneantur, et debeant predicti omnes Famuli, Servientes, et Tubicines comitari DD: Priores, et convocare omnes Cives, et personas prout sibi mandabitur a DD: Prioribus quacumque ex causa, et non possint a dicto Palatio recedere sine licentia ad minus duorum, a dicta vero Civitate omnium DD: Priorum, alias incidant ipso facto in penam quinque lib. denar. applicandarum dicto Comuni de eorum cujuslibet Salario retinendarum, qui contrafecerit, et ire teneantur sine mercede aliqua pedestres ad quemlibet locum, ad quem pro Communis occurrentijs opus esset, eos mittere solos, vel cum Ambasciatoribus quocumque nomine, alias toto, quod tunc sibi debitum sit, privati sint Salario ipso facto, et a dicto Palatio expellantur, dictumque Salarium Communi ap-

plicetur

plicetur. Tubicines vero, ad ista eundum, nisi ex causa necessitatis, non arceantur, sed teneantur, et debeant quotidie ante, et post prandium, et Cenam DD: Priorum Tubas pulsare, et idem facere, DD: Prioribus, et Magistratu eorum collegaliter euntibus per Civitatem, et extra ad aliquas Processiones, Divina Officia, Missamque audiendam, et alia quecumque loca Sacra, et non Sacra preter dies Veneris, arbitrio DD: Priorum. Item teneantur, et debeant dicti Tubicines publicare, et preconizare omnia Banna, et proclamata, facere omnes Subhastationes tam dicte Communitatis, DD: Priorum ejusdem, et omnium Prefecturarum nomine, quàm omnium, et quorumcumque Superiorum gratis, et sine mercede aliqua. Sed a particularibus personis modestam possint mercedem exigere juxta casuum qualitates. Nullo tamen pacto liceat dictis Tubicinibus pulsare dicta eorum Instrumenta penes aliquem Superiorem, Prelatum, vel DD. Temporalem, seu aliam personam occasione muneris exequendi, contrafacientes vero incidant in penam X libr. denar. pro quolibet, et vice qualibet ipso facto Communi applicandarum, et de eorum cujuslibet Salario retinendarum ut supra. Teneatur etiam idem Magister Domus conficere Inventarium, et curam habere omnium Supellectilium Palatij DD: Priorum, et illa custodire, et conservare pro usu, et necessitate dicti Palatij, et quoniam facile evenire posset, et dicti Famuli DD: Priorum, et maximè Tubicines, qui de consuetudine colligunt, et dant palluctas, et suffragia in Consilijs, sciant quandoque tenorem, et Substantiam eorum, que inter Consiliarios, et Prefectos quoslibet, et inter Priores, et Novemviros tractantur, statuimus, et ordinamus, quod si aliquis eorum revelaverit aliquid de predictis ipso facto incidat in penam 25. libr. denar. dicto Communi applicandarum, et nihilominus de dicto Palatio expellatur, et credatur accusanti cum ejus juramento, et dicto, et attestationi unius Testis. Possit item dicta Familia, et quilibet dictorum Famulorum deferre omne genus Armorum offensibilium, et defensibilium tam de die, quàm de nocte, cum lumine, vel sine quomodocumque. Et quilibet teneatur portare Cappam cum Balzana viridis coloris, ut facile ab omnibus recognosci possit pro Famulo DD: Priorum, alias incidat in penam predictam, et ut supra applicandam.

De juramento, officio, jurisdictione, & obligationibus Castellanorum, & Vicariorum Comitatus, Fortie, & Districtus Fulg.e Cap. XXXI.

Castellani, Vicarij, et Officiales locorum Comitatus, Fortie, et Districtus Civitatis Fulginij teneantur, et debeant in principio eorum officij jurare ad Sancta Dei Evangelia tactis corporaliter Scripturis eorum officium benè, fidelitèr, et legalitèr exercere, remotisque ab eo odio, prece, pretio, et timore equaliter unumquemque tractare, custodire, salvare, et manutenere Castra, loca, Fortilitia, Arces, homines, et jurisdictiones eorundem ad omnem utilitatem Communis Fulginij, et cautionem idoneam prestare in manibus Cancellarij dicti Communis stipulantis, et recipientis pro dicto Communi, dicta Fortilitia, et Arces dicto Communi in eodem statu reassignare, et reddere, et dictas Arces tenere durante tempore sui officij benè munitas omnibus rebus necessarijs ad victum, et defensionem illarum, et in Fortilitijs, et Arcibus continuè stare, et omnia, et singula facere, et observare, ad que teneantur de jure ex forma quorumcumque Capitulorum, Styloque, et consuetudine, sub pena contenta in Capitulis ipso facto dicto Communi in casum contraventionis applicanda, et pro eo de facto exigenda, qui Castellani, Vicarij, et Officiales eligantur, confirmentur, et extrahantur de bussulo respectivè more solito cum salario, emolumentis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis in Concilio Centumvirali, seu de illius deliberatione, et ordine, et illorum fidejussores in eodem Consilio approbentur per duas partes de tribus partito obtento. Nec possint de dictis locis recedere, seu ab illis absentare, vel alium loco sui ponere, et substituere, nisi de expressa licentia dicti Consilij, sub pena jam dicta. Ad hoc autem, ne Subditi ab Officialibus predictis indebitè opprimantur. Statuimus, et ordinamus, quod quilibet Castellanus jus hactenus dicere solitus Vicarius, et Officiales prefati possint, et ipsis liceat audire, et decidere omnes Causas Civiles contra personas sue jurisdictionis usque ad Summam Florenorum quatuor monete Marchie, et non ultra summariè simpliciter, et de plano sine strepitu, et figura judicij, nisi ex partium concordia ut supra ad Summam Florenorum decem similium, et non ultra, et aliàs incidat in penam duorum Ducatorum auri dicto Communi applicandorum ipso facto, et nullum nihilominus, et invalidum sit, quicquid secus etiam partibus volentibus, et consentientibus fiat. Et debeant procedere, facta prius una Citatione personali, vel una domi cum intervallo unius diei, et facta tali quali petitione redigenda, seu scribenda per eos comparente, et confitente

Reo statuat ei terminum trium dierum ad solvendum, quo lapso, et solutione non facta executionem faciat realem, et personalem arbitrio Creditoris. Si vero non comparuit pro summa debita, et expensis exequtionem relaxent contra ejus bona, et ubi fieri non posset exequtio in bonis, faciat in persona, si autem comparuerit, et negaverit reum statuat ad probandum, et procedat, et terminet ut supra. Item possint, et eis liceat facere quamlibet exequtionem intra fines suæ jurisdictionis per bullectas, extractus, et aliàs quaslibet formas dummodo subscriptas manu Cancellarij, et solito signo Populi sigillatas dicti Communis, aliàs incidant in dictam penam applicandam, et exigendam ut supra, dictaque executio nulla sit, et reponi debeat seu realis, vel personalis, nisi infra tres dies currentes his, cui facta executio concordaverit predictas sigillatas, et subscriptas ut supra, quatenus facta sit exequtio in re mobili, debeant illum tradere incontinenti Depositario loci, quatenus adsit, aliàs Sindico dicti loci, qui post tres dies incontinenti debeat rem predictam consignare Depositario dictæ Civitatis, quatenus debitor in verum si non concordasset cum Creditore, qui Depositarius illam vendat infra decem dies servatis servandis, si vero facta fuerit exequtio in re semoventi tradant Depositario, vel Sindico loci ut supra, qui lapsis tribus diebus, et non concordato Creditore, incontinenti consignare debeat Conductori Stallatici dictæ Civitatis, sub pena 25. libr. denar. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet ipso facto incurrenda, et applicanda dicto Communi. Pro quibus exequendis habeant pro eorum mercede in locis residentiæ, et habitationis medium bononenum pro quolibet floreno, extra vero dicta loca bononenum unum, et ultra exigens incidat in dictam penam applicandam, et exigendam ut supra. Pro qualibet petitione, et actu in ordinarijs, vel Commissarijs Causis Actor, et Reus respective solvant bononenum unum, pro exactione Testium bononenos duos pro quolibet Teste, pro Copia Scripturarum bononenum medium pro qualibet Cartha, pro delatione juramenti decisivi, et pro juramento suspitionis fugæ cum bullecta bononenos duos, pro quolibet juramento, ultra exigens incidat in penam ut supra. Jurisdictio itaque Castri Rasiliæ Castellani sitæ esse debeat in dicto Castro, et ejus pertinentijs, et Castris Munti, et Scopuli, et Serronis, et eorum pertinentijs in Villis Vulperini, Asculani, Aquæ S. Stephani, Collicasparæ, et Spiazzæ, Radianæ, Cisti, Barri, Franchæ, Pedebarri, Casanovæ,

et earum pertinentijs. Castellani Castri Verchiani sit, et esse intelligatur in eodem Castro Verchiani, et suis pertinentijs tantum. Castellani Collisfloridi in eo, et suis pertinentijs, et in Villis Forcature, Cupiglioli, Roncarelle, Bottevagne, et earum Pertinentijs. Vicarij Castri Annifi, in eodem Castro, et suis pertinentijs, et in Castro Caproaque, Afrilis, et Villis Castignani, Arvelli, Palarni, Salogne, Fundi, Caliei, Seggi, Rivi, Tisini, Pisentis, Tactarum, Collislongi, Barrasie, Sitrini, et eorum pertinentijs. Vicarij Castri Populi, in eodem Castro, et suis pertinentijs, et in Villis Macchiani, et Frange, et earum pertinentijs, et a Castro Pasani, Villa Pontiscentesimi, Castro Palos, Castro Civitelle, et Villis Casalis, et Rovigliati inclusive usque ad Civitatem Fulginie jurisdictio sit, et esse debeat Officialium Civitatis Fulginie, et in eis dicti Castellani, vel Vicarij se intromittere non possint. Item dicti Officiales teneantur, et debeant inquirere contra omnes Deum Omnipotentem Jesum Christum, et Gloriosam semper Virginem Mariam blasphemantes, et contra eos procedere per viam accusationis, denunciationis, et inquisitionis, et omni alio modo juridico, et repertos culpabiles de predictis, cogere ad solvendum penam 25. libr. denar. similium applicandarum dicto Communi pro qualibet vice pro tribus partibus, et pro alia Officiali exequenti, blasphemantes aliquem Apostolorum Sanctorum, et Sanctarum Curie Celestis ad penam 12. libr. similium applicandarum ut supra vice qualibet, jurantes vero per Corpus Dei, Jesu Christi, Marie Virginis, et aliorum omnium Apostolorum Sanctorum, et Sanctarum, predictis ad penam 5. libr. similium vice qualibet ut supra applicandarum, et in qualibet casu predictorum credatur Accusatori cum uno Teste medio juramento, et Accusator teneatur secretus, et si aliquis pretenderet se gravatum ab eisdem possit querelare coram DD. Prioribus dicte Civitatis, qui Priores teneantur sub pena perjurij eos audire, et indebite oppressis providendo mandare dictis Officialibus, ut dictum querelantem indebite gravatum reponant, sub pena eorum arbitrij applicanda dicto Communi, et 25. libr. denar., et per inobedientes incurrenda ipso facto, et de eorum salario statim retinenda, et exigenda. Teneantur etiam, et debeant ijdem Officiales stare ad Sindicatum per quinque dies continuos, quorum duo sint ad accipiendum querelas, et duo ad examinandum in loco officij, et quintus sit ad resolvendum in Civitate Fulginie. Sindicatores autem sint duo Cives Consiliarij de bu-

xula

Idem dicimus per eos servandum in presentatione, et executione Preceptorum, et Literarum similium. Pro tenutis autem rerum immobilium per eos dandis in Civitate Fulginie bononenos sex pro qualibet tenuta etiam quod fiat de pluribus rebus immobilibus, extra vero Civitatem, et in ejus Territorio, Comitatu, et Districtu habeant, et consequantur ultra mercedem bononorum sex pro qualibet tenuta ut supra bononenum unum pro quolibet Milliario. Si requisiti in concernentibus eorum officio inservire, aut aliquod predictorum facere recusaverint, aut neglexerint, nisi legitimo excusentur impedimento, incidant in penam decem libr. denar. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet auferend., et Communi Fulginie applicand., et credatur Accusatori cum uno Teste cum juramento. Si vero aliquam falsitatem commiserint, Committens incidat in penam Centum libr. denar., ut supra auferend., et applicand., et stet publicè ad Cathenam per unum diem, et officio privetur, et nihilominus teneatur ad interesse Partis. Declarantes in alijs casibus non concernentibus eorum officio, eos non teneri ad parendum Mandatis alicujus Officialis Communis Fulginie. Idem dicimus de Bajulis, et Nuncijs presentibus, seu hactenus electis, quos eisdemmet ordinibus, taxis, et obligationibus subjacere volumus, et decernimus, et maximè postquam de jure suo, et Salario sibi fuerit satisfactum sub pena quinque libr. denar. ipso facto incurrenda, Communique predicto applicanda, et si aliquis Bajulus requisitus fuerit ab aliquo, quod citet aliquem coram aliquo Officiali Civitatis Fulginie ad aliquem actum in Criminali, seu Civili causa oblata Mercede pro suo labore, et facere recusaverit, incidat vice qualibet in dictam penam ut supra applicandam, nisi excusationem legitimam haberet recusandi, et de predictis credatur juramento requirentis, et accusantis: et si aliquis Bajulus in dicto officio bajulatus committeret aliquam falsitatem, puniatur pena falsi secundum formam Statutorum dicte Civitatis, et tàm illi, qui sunt in officio, quàm taliter eligendi postquam fidejusserint, et juraverint ut supra, habeantur, et sint veri Bajuli Communis Fulginie, donec fuerint revocati: Teneantur vero dicti Bajuli, et facere debeant omnes Citationes, pignorationes, et alia predicta, tàm ex forma Statutorum, quàm ex laudabili consuetudine, et que facta erunt, fientque per ipsos, valeant, et teneant, et Citationes quascumque in Civilibus Causis, et potissimum in Criminalibus facere

possint

possint sine aliqua commissione quolibet loco, et die etiam feriato in honorem Dei auctoritate presentis Statuti, et ipsorum, et cujuslibet eorum relationi stetur, et credatur tamquam publicis Instrumentis. Et teneantur, et debeant relationem Citationis facere in manibus Notarij ad Causam deputati ante terminum in Citatione per eos Citatis assignatum, et omnes, et singulas Citationes, Requisitiones, et precepta prout eis imponerentur, et cuilibet eorum tam in Civitate, et Comitatu Fulginie, quàm in ejus Fortia, et Districtu, quorum Bajulorum nullus esse possit Procurator, Tutor, Curator, Actor, vel Sindicus alicujus Ville, vel Castri dicte Civitatis, vel particularis alicujus persone, et si secus fiat, non valeat ipso jure, et condemnetur qualibet vice in dictam penam ut supra applicandam: teneantur item vocati per Campanam, seu aliàs quomodocumque venire ad Curiam, et parere Mandatis Officialium dicte Civitatis sub jam dicta pena ut supra applicanda, et pro eorum mercede pro qualibet Citatione, et Relatione recipiant in Civitate Fulginie quatrenos duos currentes usque ad tres, ultra vero quatrenum unum pro qualibet Citato, et relato, extra vero Civitatem quatrenos quatuor pro qualibet miliario usque ad tres, et ultra quatrenos duos pro qualibet Citato. Pro tenuta vero danda in Civitate prefata sex quatrenos, extra Civitatem infra unum Miliare duodecim, si ultra Miliare bononenum unum pro qualibet Miliari. Pro pignoratione, seu executione in Civitate quatrenos tres, extra Civitatem quatrenos tres pro qualibet Miliari, et pro particularibus personis, de Citatione in Scriptis, de literis Citatorijs, monitorijs, intimatorijs, et preceptis, et alijs quibuscumque Scripturis per eos prestandis, et intimandis recipiant respective modis, et formis prout supra de Citatione verbali dictum est. Si vero iverint pro factis Communis, habeant a Communi pro suo Salario qualibet die secundum consuetudinem hactenus observatam, et si ultra recipiant, seu petant, incidant in dictam penam, ut supra applicandam, et omnia pignora possint accipere debitoribus, preter pannos de dorso, et lecto, et Arma, Boves aratorios, et Instrumenta Rualia, et si contrafecerint, vice qualibet condemnetur dicto Communi in dictam penam applicandam ut supra, et pignora restituere teneantur sine acceptione, et exactione alicujus mercedis, et Salarij.

De officio Depositarij ad conservandum Pignora per Officiales, & Bajulos Communis accepta. Cap. XXXIII.

63v

Statuimus, et ordinamus ad obviandum malitijs Officialium, Executorum, et Bajulorum, et extorsionibus, quæ fieri possent per ipsos contra singulares personas, quod nulla pignora per eos, aut eorum aliquem capi possint sine Mandato Superiorum alicui personæ, de quo Scriptura aut autentica ostendatur, sub pena X. libr. denar. ipso facto dicto Communi applicandarum, et statim sine precio pignora restituantur, et quod sit, et esse debeat in Civitate Fulginij unus Depositarius pignorum eligendus in Consilio Centumvirali, seu de buxulo extrahendus more solito cum emolumentis, salario, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, qui habeat Apotecam in Platea veteri Communis, et eidem omnes, et singuli Bajuli, et Officiales dicti Communis teneantur, et debeant sub pena X. libr. denar. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet incurrenda ipso facto, et dicto Communi applicanda, et assignare omnia, et singula pignora, quæ accipient a quibuscumque personis in Civitate Fulginij infra unum diem, et in Comitatu, Fortia, et Districtu infra tres dies, a die receptionis ipsorum Pignorum, vel alicujus ipsorum, cujus Depositarij officium duret per sex Menses, qui Depositarius sic electus teneatur, et debeat bene, et legaliter custodire sic accepta, et sibi assignata, et coram DD: Prioribus dictæ Civitatis in principio dare idoneos fidejussores de bene, et fideliter dictum officium exercendo, et de restituendo Pignora, quæ sibi fuerint assignata, vel rationem reddendo de precio illorum, si ea vendi contingat cum reliquarum restitutione eorum Dño facienda, si quid reliquum fuerit, soluto debito, et expensis quomodocumque decursis, et restituere dicta Pignora cuicumque accepta fuerint, habita prius apodissa Officialis, qui accepi fecerit pignora supradicta, et Creditoris, ad cujus instantiam facta fuerant, cui Depositario liceat dicta pignora retinere per tempus unius Mensis a die, quo fuerint sibi assignata. Declaramus hoc non habere locum in rebus pro executione captis per Castellanos, sed in eis servari quod supra dictum est in Capitulo de juramento, et officio Castellanorum, et dicto elapso termino, ~~vend~~ vendi debeant dicta pignora sono Tubæ premisso in Scalis Palatij D: Pretoris, et plus offerenti dari, cum presentia tamen Civis eligendi per dictum Consilium, vel de buxulo extrahendi more solito ad assistendum dictæ venditioni, et librum conficiendum, in quo scribat

omnia

omnia prout infra, vendanturque sine licentia alterius cujuscumque persone, et precium detur Creditori, et ad cujus instantiam facta fuerant pro concurrenti quantitate sui crediti, et expensis desuper factis, et liquidatis, et residuum restituatur debitori, retenta tamen Mercede sibi debita pro dictis pignoribus, et omnibus desuper per ipsum Depositarium quomodocumque solutis, et exbursatis Officialibus, Executoribus, et Bajulis quibuscumque. Teneatur etiam dictus Depositarius facere duos Libros, unum scilicet pro se, in quo scribere debeat, et annotare clarè, et distinctè omnia pignora, et Nomina, et Cognomina Dnorum Pignorum, et unde sint, Nomina etiam Creditorum, ad cujus instantiam pignora facta fuerant, et nomen Bajuli, et Officialium, et Executorum, qui attulerint dicta pignora, et qua de causa, et pro qua summa sint accepta, et diem sibi facte assignationis, et alium similem librum scribat, et tradat Cancellario Communis in Cancellaria perpetuo servandum. Qui Depositarius teneatur, et debeat solvere Officialibus, Executoribus, et Bajulis predictis mercedem eis debitam juxta Taxam Statutorum, et Capitulorum desuper expressorum, mercedem tamen integram Officialibus, Executoribus, et Bajulis solvere non debeat, nisi pignora capta sufficientia sint pro quantitate debita, et in commissione contenta, et pro suo Salario, et mercede, et cura desuper adhibenda accipiat a Dnis Pignorum, si restituant, sin autem retineat, in venditione ut supra facienda quatrenos tres usuales pro qualibet pignore, et non ultra, et si pro una, et eadem causa acciperentur alicui simul, et semel plura pignora, habere non debeat, nisi unicam Mercedem. Animalia vero quecumque in executione quacumque accepta per dictos Officiales, Executores, et Bajulos consignari debeant in Stallatico Communis emptori dicti Stallatici, juxta consuetudinem hactenus observatam, et inde Officiales, executores, et Bajuli prefati eorum Mercedem, et Salarium consequantur ad rationem predictam, que sibi emptores dicti Stallatici modis, et formis supra pro Depositario Pignorum expressis solvere teneantur, dictique Depositarius, et Stallatici Emptores observare teneantur omnia, et singula in presenti Capitulo seriatim contenta, Emptoresque predictos, dicto Depositario equiparamus in omnibus, et per omnia, et predicta observari mandamus sub jam dicta pena X. libr. denar. a qualibet Contrafaciente vice qualibet incurrenda ipso facto, et dicto Communi

Communi applicanda. Salarium vero Aſsiſtentis eſse debeat, exprimatur Salarium secundum quod hactenus consuevit, et non ultra, et pro illo sibi bulleta fiat dumtaxat, exhibito dicto libro ut supra per eum conficiendo de pignoribus predictis, que vendi contigerit, et in Cancellaria dimiſso. Qui continere debeat qualitatem pignoris venditi, nomen, et cognomen Dñi Pignoris, Summam, et quantitatem precij ex venditione habiti, nomenque, et cognomen, et patriam emptoris, alias ultra amiſsionem Salarij, quod ipso facto amittat, incidat in penam predictam X. libr. dicto Communi applicandam, cujus officium duret, durante officio dicti Depositarij, et in principio officij jurare teneatur tactis corporaliter Scripturis de exercendo ejus officium bene, et legaliter, et pena prestiti juramenti providendo, et pignora justo precio distrahantur.

De electione Sindicorum, & Maſsariorum Caſtrorum, & Villarum, & eorum officio. Cap. XXXIIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod qualibet Villa, et quodlibet Castrum Comitatus, Fortie, et Districtus Fulginij teneatur, et debeat saltim per octo dies ante Festum S. Feliciani gloriosiſsimi Protectoris dicte Civitatis Fulginij quolibet anno de Mense Januarij ordinare, et facere eorum Sindicum, et Maſsarios, qui poſsint in quacumque Curia, et coram quocumque Officiali dicti Communis pro suis Universitatibus comparere, et in Civilibus, et Criminalibus Causis quibuscumque respondere, alias in penam incidant ipso facto 50. libr. denar. dicto Communi applicandam. Electio vero fieri debeat hoc ordine, quod quolibet anno a Kalendis Mensis Januarij per quindecim dies continuos, et sic per totum Mensem Januarij ante Festum S. Feliciani. Sindici, et Maſsarij veteres anni precedentis congregent, et congregari faciant omnes homines Capitafamilias sui Sindicatus respective in loco idoneo, et proponant de electione facienda novorum Sindici, et Maſsariorum, et ad eam faciendam mittant in uno Cappello tot fabas, quot sunt focularia sui Sindicatus, et inter eas sint, et eſse debeant tot fabe nigre, quot sunt Officiales creandi, videlicet pro Sindico, et Maſsarij, si isti omnes sunt creandi, sin autem pro Sindico, et Maſsarijs tantum, juxta loci consuetudinem, et ille, cui obtigerit faba nigra prima vice Sindicus existat, et cui obvenerit secunda, et tertia vice alie nigre sint Maſsarij respe-

ctive

ctivè trahendo nominatim pro homine cujuslibet focularis, et dictum officium duret per annum continuum, et si interim aliquis moriatur, fiat electio alterius in locum defuncti ordine predicto. Excusentur tamen ab eodem officio majores annis septuaginta, et minores viginti, et infirmi infirmitate, propter quam officium exercere impediantur. Idem stantes pro famulis extra pertinentias Sindicatus sue originis cum aliquo Cive Fulginate, vel alia quacumque persona nisi, alias exinde fraus aliqua conjecturari posset. Et Sindici, et alij Officiales prefati sint, et esse debeant de eodem Sindicatu, ad cujus Sindicariam, vel officium eligantur, alias electio sit nulla, et eligentes in penam incidant predictam ut supra dicto Communi applicandam. Qui Sindici veteres predicti assignare, et reportare teneantur novos ut supra electos DD: Prioribus tunc existentibus ante festum Divi Feliciani. Et dicti novi Sindici, et Massarij se presentare coram dictis DD: Prioribus in dicto festo, et juramentum prestare in manibus Cancellarij Communis, qui gratis juramentum recipere teneatur corporaliter tactis Scripturis de exercendo officium bene, et legaliter, et desuper idoneam cautionem prestare de fideliter administrando, et reliqua in fine officij restituendo. Et dictus Sindicus denunciare teneatur omnes Rixas, et omnia Maleficia, que fieri continget in dicto suo Sindicatu, et suis pertinentijs Notario Maleficiorum D. Pretoris dicte Civitatis, qui pro tempore fuerit sub dicta pena dicto Communi ut supra applicanda infra tres dies continuos a die commissi Maleficij, excipiantur vero ex dicta electione facienda focularia, que non habeant homines masculos, et si habeant stent pro famulis ut supra, et omnes illi, qui fecerint dicta officia, donec superesset in Sindicatu aliquis, qui non fecerit dicta officia, ita quod omnes onus hujusmodi subeant, et sic electi per DD: Priores, vel alios Officiales dicti Communis mutari non possint, et si mutentur, mutatio non valeat ipso jure. Teneantur etiam dicti Sindici, et Massarij omnia alia facere, et exequi, que hactenus facere, et exequi soliti sunt ad omnem simplicem requisitionem DD: Priorum, et omnium Officialium dicti Communis, sub jam dicta pena dicto Communi ut supra applicanda. Declarantes, quod nullas citationes, nullasque preceptorum, et aliarum quarumcumque Scripturarum presentationes facere teneantur dicti Sindici, et Massarij.

De Caputconsulibus, & alijs Officialibus Consulibus Societatum Civitatis Fulginie. Cap. XXXV.

Quoniam ad regendum homines, Societatum, que in Civitate Fulginie ab antiquo deputate sunt, que Societates totam Civitatem distinguunt, et pro faciendis factionibus occurrentibus facilem omnes reperiendi modum prestant, Officiales in eis deputari convenit, et retroactis temporibus in eis deputari solitos esse reperimus. Statuimus, et ordinamus, quod in qualibet Societate predictarum deputentur maxime Caput Consul, unus de Consilio Centumvirali, et duo Consules de alijs non consiliarijs, prout hactenus consuevit, qui curam habeant omnium faciendorum in dictis Societatibus, presertimque onus subeant exigendi omnes pecuniarum summas, que imponi contigerit eisdem quacumque ex causa in Communi solvendas, et alia omnia subeant onera generaliter, et indistincte, que occurrent subiri quacumque ex causa in dicta Civitate pro rata Societatum earum, in quibus morantur, permittentes eisdem Societatibus Officiales alios omnes eligere, puta Notarios, et depositarium plures, vel pauciores Officiales de premissis, sicut in eis hactenus consuevit. Electio vero fiat per bussulas modis, et formis hactenus consuetis, videlicet, quod finitis bussulis per dictas Societates eligantur tres homines in eorum adunantia, unus de majoribus, et ordine Consilij predicti, unus de mediocribus, et ordine Prioratus tantum dicte Civitatis, ultimus de inferioribus, qui habitis nominibus omnium hominum Caputfamilias dictarum Societatum faciant de illis bussulam de extrahendis Officialibus Societatum earumdem tripartite, et in una sint pallucte Caputconsulum dicti Consilij, in alia pallucte Consulum, in quarum qualibet apodissa scribantur nomina mediocrum, et inferiorum duorum hominum dicte Societatis, ita quod Consules duo eodem anno sint unus de mediocribus, alter de inferioribus Societatum hominibus in tertia scribantur Specciolati in locum defunctorum, extrahendi, que fiant etiam tripartite pro Caputconsulibus, pro Consulibus mediocribus, et pro inferioribus, et sic de alijs fiat Officialibus, et qualibet anno in Festo Beati Antonij de Mense Januarij fiant per Officiales veteres congregationes in loco idoneo suarum Societatum hominum earum, et in eis tractetur de novis Officialibus extrahendis, et sumptis bussulis novi Officiales extrahi debeant coram Mag.ci SS.: Prio-

ribus

ribus pro tempore existentibus, et extracti ab inde imposterum censeantur Officiales anni sequentis, usque ad dictum Festum Beati Antonij inclusive, et statim facta extractione, veteri Officiales teneantur, et debeant eos scribi facere per Notarium Reformationum in Cancellaria dicti Communis, et novi extracti jurare debeant inde, et per totum diem Vigiliæ Beati Feliciani gloriosissimi Protectoris dictæ Civitatis corporaliter tactis Scripturis exercere eorum officium benè, et legalitèr, et dare idoneam cautionem de fidelitèr administrando, et reliqua restituendo suis loco, et tempore sollicitèque, et diligentèr adimplendo omnia mandata DD. Priorum, et dicti Communis, et omnia supradicta onera subeundo, prout expediens fuerit sub pœna in quolibet casuum prædictorum, libr. 50. denar. ipso facto a quolibet Contrafaciente auferendarum, et dicto Communi applicandarum. Qui Officiales sic electi nulla possint se de causa excusare, quo minus dictum officium exerceant, nisi eorum aliquis sit major annis septuaginta, vel minor annis viginti, et infirmus infirmitate, propter quam non possit officium exercere. Qui Consules tantùm teneantur, et debeant denunciare omnes Rixas, et omnia maleficia, quæ in eorum Societatibus, et earum pertinentijs committerentur, nisi alias ad idem particularitèr deputatus esset, qui etiam teneatur denunciare ut supra D. Prætori dictæ Civitatis Fulginiæ, et Notario Maleficiorum ejusdem D. Prætoris infra tres dies currentes a die commissæ Rixæ vel Maleficij, sub pœna libr. 25. similium dicto Communi ut supra applicand., et de facto exigenda, dummodo pœna delicti commissi trascendat quantitatem 25. libr. Si vero pœna fuerit a 25. infra, et dicti Officiales non denunciaverint, medietatem pœnæ prædictæ incurrant de facto ut supra, et dicto Communi applicetur, quam denunciationem dicti Officiales facere teneantur etiamsi Injuriatus accusaverit, vel denunciaverit. Quos Consules Priores populi dictæ Civitatis pro tempore existentes pœna præstiti juramenti, et X. libr. denar. dicto Communi applicandarum non possint removeri, vel excusari facere, nec de novo extrahi, et quicquid in contrarium fiat, nihilominus nullum sit, et non valeat ipso jure, primoque extractus sit, et esse intelligatur Officialis, et officium cogatur exercere omnino, et denuo extractus auctoritate præsentis Capituli non teneatur officium exercere, quorum omnium Officialium,

et Notarij Salarium, et Merces sit, et esse debeat unum Scutum Auri pro qualibet sibi in fine sui officij excomputandum de eo, quod solvere tenetur pro sua Rata onerum impositionum. Et si rata cujusque ad id Scutum non adscenderet suppleatur sibi per ejus Societatem, dictique Officiales possint, et valeant adunantias dictarum suarum Societatum congregare, prout eis expediens visum fuerit, et in Festo S. Feliciani predicti servare, et facere teneantur, et debeant omnia, et singula, quę dictę Societates servare, et facere solitę sunt, sub pena predicta 25. libr. denar. ipso facto incurrenda, et applicanda ut supra, qualibet vice.

De Oratoribus mittendis. Cap. XXXVI.

Volentes inordinatis Communis impensis modum imponere, et providemus, et ordinamus, quod nulli Oratores mitti possint, aut debeant, nisi prius obtentum fuerit in Consilio Centumvirali dictę Civitatis ad bussulas, et palluctas more solito, et ipsi autem Oratores, et ipsorum quilibet jurare teneantur corporaliter manu tactis Scripturis in manibus Cancellarij dicti Communis commissionem eis impositam facere legaliter, et bona fide. Volumusque, et statuimus, quod Oratores prefati non possint, nec debeant sub pena prestiti juramenti amissionis Salarij, et privationis officiorum Communitatis, procurare aliquod factum proprium pro se, vel aliqua alia persona. Quibus Oratoribus Cancellarius teneatur, et debeat dare in Scriptis cum Subscriptione sua, et sigillatam sigillo dicti Communis instructionem negociorum premissorum, quę debeant quanto citius expedire, et in reditu succinctè referre in dicto Consilio. Declarantes Oratorum electionem aliter factam nullius esse roboris, efficacię, vel momenti. Et Salarium, seu Merces cujusque Oratoris Doctoris pro qualibet die in totum, seu omnibus computatis, sit, et esse debeat juliorum decem. Aliarum vero personarum Carlenorum decem pro qualibet monetę currentis, omnibus computatis.

De Advocato, & Procuratore Pauperum. Cap. XXXVII.

Ut Pauperes, et Miserabiles personę Civitatis Fulginię, ejusque Comitatus, Fortię, et Districtus, et Incolę, et habitatores in eis propter eorum paupertatem, et impotentiam non opprimantur, aut committantur de opera, et auxilio unius Legistę, et unius Procuratoris, in ipsa Civitate legentium, et actu exercentium, duximus succurrendum,

et

et providendum, ut, et pro quibus eligendis, et creandis, et juramento eis prestando. Volumus formam superius in proximo precedenti Capitulo traditam servari, qui pauperrimus in eorum Causis Criminalibus mixtis, et dependentibus teneantur, et debeant gratis, tam contra Fiscum, quam Curiam coram quocumque Judicente in Civitate Fulginie, advocationem, et patrocinium, eosque, et eorum bona, et jura diligenter defendere. In Causis vero Civilibus, ubi dicte pauperes persone essent convicte, aut in Carceribus, sive Palatio detinerentur, debeant, et teneantur similiter eorum operam prestare absque ulla mercede, ne indebite graventur, et a molestijs, et gravaminibus quantum fieri poterit, releventur. Pro eorum Salario, et Mercede habeant, et consequantur pro uno anno dicti eorum officij a Camerario Communis Salmam unam Grani ad justam mensuram dicti Communis, sublata, ut supra, eis facultate alium, sive alios substituendi, et eorum loco deputandi.

De electione Medicorum, & eorum Salario, & obligationibus. Cap. XXXVIII.

Item quia expedit, ut ad curandas infirmitates unus, vel duo Medici a Republica conducantur, statuimus, quod expensis Communis conduci debeant unus, vel duo Medici, ad arbitrium Consilij Centumviralis Phisici eligendi, per dictum Consilium more solito, qui debeant esse experti, et in arte medicine periti, etatis ad minus annorum quadragintaquinque, qui juramentum prestare teneantur in manibus Cancellarij coram DD. Prioribus, secundum quod jurare instituit Hipocrates, teneanturque semel requisiti in Civitate Fulginie Infirmantes cujuscumque gradus, et conditionis indistincte mane, et sero visitare, eosque diligenter curare, mederique gratis, et sine aliqua mercede, Infirmantes vero extra Civitatem tam Cives, quam Comitativos requisiti semel teneantur visitare, curare, eisque mederi una die, et habere debeat ab Infirmantibus Vecturam equi, expensas pro se, Famulo, et equo, et non aliam mercedem, et si duxerint ibidem pernoctandum, possint pernoctare, si autem fuerint requisiti ab una vice supra, teneantur visitare, curare, et mederi, sumptibus, et honesta mercede danda eis ab indigentibus. Teneantur tamen per inspectionem Urine succurrere, ac mederi absque aliqua mercede in dicta tamen Civitate, teneantur etiam requisiti Chirurgis vulne-

ra, ulcera, et hujusmodi medentibus, Cuppas applicantibus, flebotomiam, et quid aliud facientibus presentiam, et consilium prestare, et quascumque receptas, quas ordinare voluerint scribere in apodissis, et Cedulis, et indigentibus tradere, ut ad quos voluerint Aromatharios ire possint, et nullo modo eas scribant in Bastardellis Aromathariorum, nec cum eis facere audeant Societatem, ex qua possint aliquid lucrari, et debeant continuè in dicta Civitate morari, et inde non recedere, nisi ex causa ut supra sine licentia dicti Consilij, sub pena amissionis Salarij unius Mensis incurrenda ipso facto pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit in predictis, vel aliquo predictorum, dictoque Communi applicanda. Et si contigerit (quod Deus avertat) pestem vigere in dicta Civitate, possint recedere, si voluerint accessuri, tamen ad locum a dicta Communitate deputandum tutum Fulginatibus, nec distantem ab eadem Civitate, non currat eis, nisi medietas infrascripti eorum Salarij, quod si alio secedant, nullum Salarium currat, nec possint pro dicto tempore absentie consequi, et nihilominus dicto tempore pestis, sive in dicta Civitate, sive extra in loco tamen ut supra eis deputando steterint, teneantur Fulginatibus per inspectionem Urine, consulere Medicinas, et alia quecumque opportuna ordinare, nec teneantur personaliter ad infirmantes personaliter accedere, nisi voluerint, sub jam dicta pena. Et pro eorum Salario, et Mercede habebunt, et consequi debeant pro uno anno Florenos trecentos quinquaginta monete Marchie, et plus, vel minus, prout eis ex decreto dicti Consilij ordinatum fuerit, et ipsis expressum in electione, et Capitulis transmitti solitis solvendis, de quatrimestre in quatrimestre, vel aliter juxta dictorum Capitulorum formam, declarantes, quod teneantur Caballario dicti Communis apportanti, cum dictis Capitulis electionem solvere Ducatos tres Auri, dividendos inter ipsam Communitatem, Caballarium, et Cancellarium conscribentem, prout hactenus consuevit, et ulterius eidem Caballario pro suo Viatico, tertiam partem unius Floreni similis pro qualibet die, alioquin electio non patrocinentur, quodque si eos stare contigerit extra dictam Civitatem infirmos per dies viginti, ultra tempus licentie, ubi eam habuissent a dicto Consilio, Salarium petere non possint, ab inde supra, et infirmitate durante, et minus illud consequantur, nec petere possint eorum heredes, si eos conductionis tempore durante mori

contigerit (quod Deus avertat) nisi pro rata temporis, quo servierint, et petentes desuper audiri non debeant.

De Preceptore Ludi Litterarij, & ejus obligationibus. Cap. XXXIX.

Considerantes nihil magis Reipublicę expedire, quam personas bene moratas, doctas, et eruditas habere, statuimus, et ordinamus, quod sumptibus Communis conduci debeat Preceptor, seu Magister predictus, et ad illum conducendum per Consilium Centum Virorum, eligantur tres Cives de numero Consiliariorum, qui debeant investigare hujusmodi Preceptorem, et unum, vel plures cum eorum nominibus, ac Patria in dicto Consilio proponere, et facto partito, qui favorabilius per plura suffragia fuerit obtentus, intelligatur conductus pro uno anno cum Salario Florenorum ducentorum, et majori vel minori, prout ex decreto dicti Consilij fuerit reformatum, et conclusum, qui teneatur Pueros, adolescentes, Juvenes, et alios dictę Civitatis, et sui Comitatus, Fortię, et Districtus ad Gymnasium publicum per dictum Communem sibi assignandum accedentes instruere, et docere, et non minus candidis literis, quam bonis moribus erudire, et ibi de mane lectiones in soluta oratione, et poesi declarare alternisque diebus epistolarum materiam, et Carminum tradere, et alia facere, et exequi ad hec necessaria pariter, et opportuna absque alia mercede, et a Civitate Fulginię nunquam discedere possit sine licentia prefati Consilij, sub pena amissionis Salarij unius Mensis ipso facto incurrenda, et Communi Fulginei applicanda, et possit dicto Gymnasio uti, pro ejus habitatione si voluerit, et Communitas pro alterius domus pensione gravari nequeat, et si contigerit ipsum, habita licentia, extra Civitatem infirmari, ultra viginti dies, quod ab inde supra sibi Salarium non currat, nec debeatur, et minus debeatur ejus hęredibus, si ipsum mori contingat, durante conditionis tempore (quod Deus avertat) nisi pro rata temporis, quo servierit, et petens non debeat audiri, dictus tamen Preceptor esse debeat vite laudabilis, et a Sacro Sancta Catholica Religione minimè alienus, alias electio sit ipso jure nulla, et in principio officij jurare debeat in manibus DD. Priorum pro tempore existentium, illud exercere benè, fidelitèr, et legalitèr, et sine aliqua intermissione.

De electione, officio, & auctoritate Extraordinariorum Plateę. Cap. XL.

Quia exculenta resque alias multoties potius ex vendentium cupiditate, quam ex recto judicio vendi comperimus. Statuimus, et ordinamus, ut per Mag.cum Concilium, sive ab eo deputandos, eligantur tot Cives de dicto Concilio, quot eis visum fuerit, ponendo, et describendo quatuor Civium nomina singulis Chartulis, qui sit, et vocetur bussulus Extraordinariorum Plateę, reponendus per DD. Priores, et Conservatores Legum in Capsa ordinaria officiorum, et de quo tempore extractionis faciendę die 21. Decembris, et die 20. Junij de Magistratu, et alijs Officialibus per Mag.cum D. Gubernatorem extrahatur una ex dictis Chartulis, et quatuor Cives, qui in ea apparebunt descripti, sint, et esse intelligantur Extraordinarij predicti per unum Semestre. Qui post per eos prestitum in primordio officij solitum, et solemne juramentum, possint (prout et eis facultatem concedimus) unum, vel plures, toties quoties eis visum fuerit expedire Officialem, sive Officiales etiam Forenses, creare, et deputare. Dictique Cives per se, vel ab eis deputandi conjunctim, vel divisim teneantur ad Apothecas Artificum Sal, aut Panem vendentium, Salsamentariorum, seu Pizzicariolorum accedere, et tam illorum, quam vendentium Oleum, Granum, et Vinum, Mensuras, et pondera perquirere, et investigare, si sint justę, et justa, vel non, et sigillo ab habente auctoritatem impressę, vel impressa. Dictique Artifices Sal, vel Panem vendentes, vel Pizzicaroli, Salsamentarij, et omnes alij teneantur obedientiam, et patientiam prestare in prefatis, sub pena 15. libr. denar. a quolibet Contrafaciente auferendarum, et pro medietate Communi Fulginei, et pro alia medietate dictis Civibus applicandarum. Si quis pondera, et mensuras non sigillatas, aut injustas, aut non sigillata, aut injusta retinere inventus fuerit, incidat in penam predictam auferendam, et applicandam ut supra. Teneantur, et debeant ut supra curare, et investigare, ut in Macello Carnes, Boves, et recipientes fiant, et si Carnes infectas, morbosas, aut morticinas invenerint, teneantur illas removere, et in Platea, aut alibi, ubi eis visum fuerit, clavo affigere, et esui Canum, et volucrum exponere, et Conductores Macelli ad solvendum penam conventam, et ad servanda Capitula Macelli a Mag.a Communitate proposita, juris remedijs opportunis compellere. Teneantur, et debeant curare,

ut

ut Carnes, ac Pisces in debitis quantitate, et pondere juxta pretium receptum dentur, et consignentur, contrafacientes incidant in penam medietatis unius librę denar. pro qualibet uncia, et qualibet vice ut supra applicandorum. Possint, et debeant, quoties eis visum fuerit opportunum, vendentibus olera, herbas, fructus, poma, ova, et esculenta cujuscumque generis pretium imponere, numerum, pondus, et mensuras assignare. Si quis contrafecerit incidat in penam amissionis rerum venditioni expositarum, et duarum libr. denar. auferendarum, applicandarum, et dividendarum ut supra. Curent etiam ut exercentes fornaces lateres, tegulas, et similia per eos fieri solita juxta mensuram eis traditam conficiant, vendanturque justo, et taxato eis pretio per dictum Commune cum facultate exigendi penam 50. libr. denar. a quolibet, qui contrafecerit, et vice qualibet quam ipsum incurrere ipso facto volumus, et decernimus, et Communi prefato applicandam. Si vero Cives, et Extraordinarij predicti in aliquo supradictorum casuum in exequendo, commissa contumacia, aut negligentes fuerint, quemlibet ipsorum inobedien., aut negligen. incidisse in penam 50. libr. denar. decernimus, et ordinamus, et Communi applicandam ut supra.

Qualiter novi Cives recipiantur, & de habitantibus infra Confinia Societatum Castrorum, & Villarum Civitatis Fulginię, & factionibus faciendis per eos, et eorum privilegijs. Cap. XLI.

Presenti lege firmamus, quod receptio forensis in Civem Civitatis Fulginię fieri debeat in Concilio Centumvirali Communis Fulginię facta proposita more solito, et illa legitimè obtenta, et aliter facta non valeat, et ut supra receptus pro Cive originario dictę Civitatis habeatur, et sit cum oneribus, honoribus, privilegijs, immunitatibus, prerogativis, et alijs quibus gaudent alij dictę Civitatis originarij Cives. Et si novam domum construxerit, aut construi fecerit in dicta Civitate valoris, et communis estimationis ducentum scutorum auri sit immunis, et exemptus per duos annos ab omnibus oneribus realibus, personalibus, et mixtis, ordinarijs, et extraordinarijs dictę Civitatis, quod exemptionis, et immunitatis privilegium non extendatur ad Comitativos, et Districtuales

dicte Civitatis, quos in Cives recipi dicto Consilio placuerit. Declarantes, quod Civilitati ut supra, habitantes in Comitatu, aut in eo Animalia retinentes non excusentur a penis Contumaciarum. Item, quod quicumque iverit ad habitandum in Castris Rasilie, seu Verchiani, et ibi fecerint novam domum valoris Florenorum Centum, si non fuerit jurisdictionis dicti Communis gaudeat dicte exemptionis, et immunitatis privilegio. Item quod nullus Cives dicte Civitatis in ea, vel in aliquo loco Comitatus, Districtus, aut Territorij ejusdem teneatur solvere pedagium, aut gabellam, dummodo juret ad Sancta Dei Evangelia, quod non portat, vel transportaret aliorum hominum, qui non fuit jurisdictionis dicti Communis, sed proprias, vel Civium Comitatensium, et Districtualium pro usu proprio, et non causa traficandi. Et ubi quis tenetur solvere pro rebus, quas portat, solvens in dicta Civitate non teneatur, nec cogi possit amplius solvere in aliquo alio loco Comitatus, Districtus, aut Territorij dicte Civitatis. Et quicumque habitat, vel habitabit infra Confines alicujus Societatis dicte Civitatis teneatur jurare facere factiones in ipsa Societate, et cum hominibus ipsis Societatis, infra cujus confines habitat, non obstante quod in alia Societate jurasset, et in ea factiones facere incepisset, et in ea cogatur subire omnia onera predicta ad petitionem Consulum dicte Societatis per quemcumque Judicem, vel Officialem Communis Fulginie de facto, coram quibus stipulatum fuerit, et ille, qui habitaverit per duas partes anni in aliqua Societate, Castro, vel Villa dicte Civitatis, et in ea, et eo teneatur factiones facere, et onera subire, et non in alia. Item quod unaqueque Societas dicte Civitatis stare, et esse debeat contenta suis confinibus hactenus consuetis.

De Portenariis Portarum Civitatis Fulginie, & eorum electione, & officio. Cap. XLII.

Item dicimus, et ordinamus pro tutela, et custodia dicte Civitatis, ut scandala, et presertim de nocte vitentur, quod Portenarij eligi debeant a Mag.co Centumvirali Consilio pro uno anno, cum Salario, et emolumentis, honoribus, et oneribus consuetis, qui

qui teneatur in principio eorum officij jurare coram DD. Prioribus in manibus Cancellarij dicti Communis, et idoneam prestare cautionem de bene, et fideliter administrando dictum eorum officium, et Portas dicte Civitatis claudere post ultimum sonum Campane magne Communis, que pulsatur de sero, et Claves portare, et consignare in manibus DD. Priorum. Et de mane post sonum, et pulsationem Campane magne predicte, que pulsatur de mane in Aurora diei aperire sub pena libr. 50. denar. ipso facto incurrenda vice qualibet, et a quolibet eorum de facto auferenda, et Communi dicte Civitatis applicanda. Teneantur etiam portare omnes literas, que sibi a DD. Prioribus, et alijs quibuscumque Officialibus, et Prefectis dicte Civitatis darentur auferende ad aliquem locum Comitatus, et Districtus Fulginie, et de nocte dormire in Domibus dictarum Portarum, sub jam dicta pena applicanda ut supra. Non possint modo aliquo dictas Portas aperire, seu aperiri facere postquam clause fuerint de sero usque ad Campanam de mane ut supra, nisi de mandato DD. Priorum predictorum, vel Nobilium Virorum de custodia dicte Civitatis, nec ipsas Claves alteri cuicumque, quàm predictis dare, et tradere, vel penes se retinere, sub pena predicta incurrenda ut supra, et si evenerit fraudem aliquam per eos contra dictam Civitatem committi, penam incidant Rebellionis, et confiscationis omnium Bonorum ab eis, et eorum quolibet de facto auferendorum, et dicto Communi applicandorum.

De Edilibus, sive Magistris Stratarum
Cap. XLIII.

Ut Strate, et Vie publice tàm dicte Civitatis, quàm ejus Territorij ad universale commodum preserventur, statuimus, et providemus, ut de bussulo more solito, et juxta formam superius traditam conficiendo, bini Cives pro quolibet Semestre extrahantur, qui post prestitum per eos juramentum in forma, curent, ut ne quis de Civitate, sive ejus Comitatu, et Districtu Incola, habitator, vel Forensis in construendo, vel edificando, aut edificari faciendo, vel aliquid novi faciendo in dicta Civitate, vel aliter quomodocumque aliquam Stratam, Viam Communis, aut aliquid juris publici occupet, aut ad privatum usum reducat, aut occupare, vel reducere conetur, aut aliquid faciat,

70v

quod prejudicium, aut deformitatem afferat Civitati. Contrafacientes penis ducentarum libr. denar. pro medietate Cameræ Aplicæ, et pro alia medietate Communi Fulginei, et prefatis Civibus applicand. subjacere decernimus. Dictique Cives teneantur, et debeant omne id, et totum, quod occupatum esset demoliri facere, et in pristinum reponere. Dantes Civibus predictis plenariam potestatem in premissis omnibus, et singulis, non solum Mag.ci Consilij, verum etiam, si opportuerit, Presidis Provinciæ auxilium invocandi. Si vero in Comitatu, vel Territorio Fulginei aliqua via, aut Strata publica, ex vetustate, aquarum illuvionibus, vel ex frequentia itinerantium, aut aliter quomodocumque fuerit ex toto sublata, aut in parte dequastata, Cives predicti cogant juris remedijs opportunis Convicinos, et ut vulgo dicitur, aggiacentes reaptari, et ad pristinum usum reduci facere, sub penis X. libr. denar. a quolibet Contrafaciente auferend., et ut supra applicand., et nihilominus in ipsorum Contumacia prefati Cives expensis prefatorum Convicinorum reaptari facere. Si vero ab aliqua particulari persona aliqua via occupata, aut dequastata apparebit, talis Occupator, aut dequastator incidat in penam d. Statutis damnorum datorum dictæ Civitatis expressam. Et nihilominus teneatur ad reaptandam, et reponendum in pristinum omne id, et quicquid occupatum, vel dequastatum appareret, dictosque occupatores, et dequastatores, tam jurisdictioni dictorum Civium, quam Officialium d. d. subjacere decernimus.

De Civibus ad Beccariam. Cap. XLIIII.

In quolibet tempore extrahantur bini Cives de bussulo conficiendo, de numero Civium de Consilio. Qui provideant, ne Carnes vendantur, nisi justo pretio, et Conductores Macelli, seu aliter quomodocumque vendentes Carnes, non possint vendere, aut vendi facere, nisi dictis Civibus consultis, et de eorum licentia, quæ debeat apparere in Scriptis cum taxatione pretij Carnium presertim Vaccinarum, Suillarum, seu Porcinarum. Et quæ licentia supra Bancham vendentis ponatur. Ita ut manifeste, et precisè inspici possit de quantitate Carnis venden., et de pretio ut supra, habeant Cives predicti pro eorum emolumento, et labore Bononenos duos pro qualibet Bestia Vaccina

Vaccinæ appretiandæ. Et quando contigerit per eos saggium de Bestijs Porcinis fieri, habeant pro eorum legalibus Precordia cum Sanguine, et omnibus Intestinis unius Bestiæ Porcinæ contrafacientes 25. libr. denar. vice qualibet incurrere decernimus. Prædicta tamen habere volumus locum, nisi aliter a Mag.co Consilio provisum fuerit, et in Capitulis Conductorum aliter dispositum fuerit.

De Civibus super Projectis. Cap. XLV.

Nihil in terris excellentias humani corporis opificio maxima cura est adhibenda, ne amictatur, et sui Creatoris divina fructione privetur. Quod sæpissime aliquorum impietate, et pravitate accidere solet. Qui humanarum legum timore adducti proprij Sanguinis immemores Infantulos etiam a se genitos, et editos projiciunt, et beneficio fortunæ, ut dici solet, exponunt, ita quod miserabiliter multoties pereant, et quod lacrimabilius est sine Baptismatis Sacramento. Volentes quantum in nobis est huic morbo congruam adhibere medelam. Statuimus, et ordinamus, quod fiat Bussulus Civium de Consilio reponendus in Cassetta Officiorum more solito, qui contineat nomina duorum Civium describenda singulis Chartutijs, de quo in qualibet Semestre extrahi debeat una ex dictis Chartutijs continens nomina duorum Civium, ut supra. Qui teneantur in primo ordio eorum officij coram Mag.co D. Gubernatore, Dominisque Prioribus dictæ Civitatis, et in manibus Cancellarij Communis de bene, et diligenter eorum officium exercere. Qui Cives, quando acciderit, ut aliqua Creatura Masculini, sive Feminini Sexus, projecta fuerit, aut aliter omni auxilio destituta, teneantur, et debeant curare ita, et taliter, ut per Priorem, sive Commendatarium S. Spiritus dictæ Civitatis enutriatur, et enutriri fiat, et de congrua Nutrice provideatur, invocatis in præmissis auxilium Rev.mi D. Episcopi Fulginatis, ac Mag.ci Concilij Communis, et omnium Jusdicentium, etiam Præsidis Provinciæ, ac generalis Commendatarij S. Spiritus in Saxia de Urbe, debeant dicti Cives in omni, qua poterunt, via diligentia investigare, et inquirere, an dicta Creatura sit Baptismate insignita faciendo, si opus erit, il-

lam baptizari, dantes eisdem plenariam facultatem, omnia alia, et singula faciendi in premissis necessaria, et opportuna. Monentes Cives predictos, quod si quid eorum incuria, aut negligentia adversi acciderit, se de premissis omnipotenti Deo rationem suis loco, et tempore reddituros.

De Depositario Pignorum executivorum, & ejus officio, & salario. Cap. XLVI.

Extrahatur unus Civis in quolibet semestre de bussulo conficiendo de Civibus Consiliariis, et reponendo, et conservando ut supra. Qui teneatur, et debeat omnia, et singula Pignora, que durante suo officio sibi adferentur, a quocumque Officiali dicte Civitatis tam ad instantiam Camere, quam particularis persone vigore cujuscumque commissionis, tam ex causa Civili, quam Criminali, et mixta recipere, et successive illa particulari libro per eum conficiendo, et cartulando describere, et adnotare diem, Mensem, et annum, in quibus dicta pignora deferuntur, nomen, et cognomen, ac patriam Officialis dicta pignora deferentis, nomen ejus, cui dicta pignora fuerunt ablata, ac nomen Creditoris, ad cujus instantiam executio facta fuit, ac etiam apponere numerum omnium pignorum perveniendorum ad ejus manus, in ipsis vero pignoribus apponatur, et describatur nomen ejus, cui fuerunt ablata, et numerus pignorum, ad hoc ut non possit confundi, vel aberrari. Dictaque pignora in loco debito per eum eligendo conservare Officialibus deferentibus executionem, que sibi debetur ex forma Statutorum dicte Civitatis persolvere teneatur. Postquam vero dicta pignora retinuerit per Mensem a die consignationis sibi facte computandi, teneatur illa in Platea veteri, vel alio loco ibi vicino in publicum extrahere, et Civem assistentem vocare, et adhibere, una cum Precone, et sono Tube premisso plus offerenti vendere, etiam juxta formam sequentis capituli. Pretium, quod ex dictis pignoribus redigetur, nomen, et cognomen emptoris, et diem venditionis, ac nomen ejus, cui fuerunt ablata pignora describere, et adnotare. Quod pretium, retenta prius quantitate per eum exbursata pro executione, et quatrenis tribus pro quolibet pignore, Creditori, et ad cujus instantiam fuerunt ablata pignora pro sorte principali, et expen-

sis

sis legitimis volumus prosolvi, et si quod reliquum fuerit ex dicto pretio jure, et equitate suadentibus, illi, cui fuerint ablata pignora fideliter aſsignari, et reconsignari mandamus, habebit pro suo Salario, et mercede Florenos duodecim ad rationem 50. bajoc. pro quolibet Floreno. Declarantes, quod Mag.^{ci} DD: Prioribus, et Novemviris, vel Civibus ab eis deputandis, teneantur reddere rationem, et stare ad Sindicatum de dicto suo officio, et quod teneatur ad interesse damnum paſso, si quid ejus incuria, aut negligentia deguastatum, deterioratum, aut deperditum fuerit.

De Aſsiſtente venditioni Pignorum, & ejus officio, & Salario. Cap. XLVII.

Eadem erit ratio servanda in creando, et extrahendo uno Cive pro uno Semestre, qui debeat aſsistere venditioni Pignorum faciende per Depositarium dictorum Pignorum, qui quoties vocatus, aut requisitus fuerit a dicto Depositario, teneatur, et debeat accedere, et venditioni aſsistere, sub pena 50. Solidorum ab ipso contrafaciente de facto auferend. et Communi Fulginii applicand., in ipsa autem venditione partes ipsius aſsistentis erunt, inspicere pro ejus judicio, et conscientia, ne aliqua venditio fiat precipitantèr, et multo minori pretio, quàm pignus valeat, et quod in venditione absit dolus malus, et non habeatur ratio, vel acceptio personarum. Teneatur, et debeat de pignoribus venditis, particulariter a se in libro per ipsum conficiendo mentionem facere, videlicèt, diem, Mensem, et Annum venditionis, nomen, cognomen, et patriam emptoris, nomen, ejus, cui fuerunt ablata pignora, et nomen ejus, ad cujus instantiam fuerunt ablata, et numerus pignorum, et pretium, seu quantitatem pecuniarum ex eis retractam. Ita, quod requirentibus poſsit haberi clara notitia, et in fine sui officij teneatur dictum librum DD: Prioribus consignare in scriptum, et autenticatum saltem nomine, et tempore officij ipsius Civis aſsistentis reponendum in Archivio Communis, habebit pro suo Salario Florenos sex sibi persolvendos a Camerario Communis in fine dicti sui officij, et servata per eum forma super jus tradita, et non aliter, nec alio modo.

De Civibus super prohibitione Vini forensis. Cap. XLVIII.

Ex veteri instituto Civitatis Fulginii, et per Aplica indulta approbato. Cautum est, ne Vinum forense cujuscumque generis poſsit, non solum vendi, sed retineri in

dicta Civitate, et ejus Comitatu, et Territorio in certa parte anni in dictis literis Apostolicis expressi, quas hic inseri mandavimus, conducere, et salubre esse Civitati putavimus, de Civibus providere, qui legem conditam tueantur. Statuimus igitur, ut Vini Cives de bussulo more solito conficiendo, et retinendo, extrahantur in quolibet semestri, qui si eis videatur, in principio eorum officij publica bandimenta mitti faciant per loca solita dictae Civitatis, ne quis tam de dicta Civitate, quam ejus Comitatu, et Districtu, Incola, habitator, aut Forensis, possit Vinum forense vendere, nec retinere sub pena in dictis literis Aplicis latius expressa, et amissionis Vini, et Dolij quo dictum Vinum continebitur, applican. pro medietate Communi dictae Civitatis, et pro alia medietate dictis Civibus, qui Cives successive possint, si, et prout eis videbitur, particularium personarum non solum Tabernas, et Hospitia, sed Domos inter jus perquirere, et investigare, an dictum Vinum forense vendatur, et retineatur, et dictis Civibus volumus prestari patientiam, et obedientiam sub eadem pena. Dictique Cives teneantur Ebinenses, aut Vendentes Vinum contra formam predictam compellere ad solvendum penas supra expressas. Declarantes, quod nemo possit excusari sub pretextu, quod Vinum forense retineatur pro usu suo, et sue familie.

Tenor supradictarum literarum Aplicarum in forma Brevis videlicet.

Dilectis Filijs Prioribus, et Communitati Civitatis nostre Fulginaten.

Paulus Papa III.

Dilecti Filij salutem, et Aplicam benedictionem. Votis fidelium omnium presertim ex quibus pauperum personarum necessitatibus, et commoditatibus consulitur, libenter annuimus, ac ijs que propterea statuta, et ordinata dicuntur, ut illibata persistant, quantum a nobis petitur Aplici muniminis presidium propensius impartimur. Exponi nobis nuper fecistis, quod alias Vos in Consilio Centumvirali istius Civitatis nostre Fulginaten. pro infrascriptis, et forsan alijs rebus, et negotijs utilitatem, et bonum dictae Civitatis, et illius hominum, et presertim pauperum personarum concernentibus peragendis congregati. Attendentes, quod ex emptione Vini forensis, que per Hospites, et Tabernarios dictae Civitatis in dies fiebat in maximum ejusdem Civitatis, et precipue pauperum personarum ejusdem, que ob dictam emptionem cariori pretio Vinum, quod ex Vineis, et alijs possessionibus dictae Civitatis, et ejus Districtus colligebatur, eme-

bant

tans, prejudicium sentebat, ex his, et forsan alijs de causis. Quod nullus Hospes, et Tabernarius, nullusque alius aliquo quesito colore Vinum forense a tempore Vindemiarum usque ad Nundinas tam principales provogatas, quàm gratiatas de dimidia Gabella dicte Civitatis cujuslibet anni animo tam revendendi, emere, seu emi facere posset sub certa pena statuistis, et ordinavistis, prout in scriptis publicis desuper confectis plenius dicitur contineri, et sicut eadem expositio subjungebat, Vos cupitis Statutum, et ordinationem hujusmodi pro illorum subsistentia firmiori nostro, et Sedis Aplice munimine roborari. Quare Nobis humiliter supplicari fecistis, ut Statutum, et ordinationem hujusmodi, ut firmius subsistant approbare, et confirmare, aliasque in premissis oportunè providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur, quod singulorum votis quantum cum Deo possumus libenter annuimus predicti Statuti, et quarumcumque Scripturarum desuper quomodolibet confectarum, tenores presentibus pro expressis habentes hujusmodi Supplicationibus inclinati, premissa omnia, et singula, et desuper per vos ordinata, et statuta auctoritate Aplica tenore presentium approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem supplemus, ac perpetuo observari debere: et sic per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alias judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et interpretari debere. Nec non quicquid secus a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus, et declaramus, et nihilominus pro potiori cautela premissa de novo auctoritate, et tenore premissis statuimus, et ordinamus, mandantes Venerabilibus Fratribus Perusin., et Fulginaten. Episcopis, sive eorum in Spiritualibus Vicarijs generalibus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, et in eis contenta quecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra fuerint requisiti solemniter publicantes, Vobisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra Statutum, et ordinationem hujusmodi firmiter observari: Contradictores quoslibet, et Rebelles per Censuras, et penas Ecclesiasticas, ac alia opportuna juris remedia ap-

pellatione postposita, compescendo invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac dictæ Civitatis, etiam juramento confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, privilegijs quoque, et indultis, ac literis Aplicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis irritantibus, et alijs decretis, et alias quomodolibet concessis confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes: illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus. Ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo piscatoris. Decima octava Novembris M.D. XLI. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Bl. de Torres Ca. Accursius

De Civibus super pretio Vini venalis. Cap. XLIX.

Quia medela ad salutem si fieri potest, non ad interitum paratur, ut ne ex præcedenti proximo capitulo, beneficium, et non prejudicium, aut penuria resultet. Statuimus, et ordinamus, ut bini Cives ex more, et more solito ad Semestre extrahantur, quibus plenariam, et omnimodam potestatem concedimus providendi, ne Vinum a quavis persona minutim possit vendi, nisi de licentia ipsorum Civium, et nisi justo, et condecenti pretio per eos imposito, sive imponendo, inspecta Vini, et temporis qualitate, sub pena libr. quinque denar. pro qualibet Salma Vini, contra formam predictam venden., et a quolibet Contrafaciente auferenda, et pro medietate Communi Fulginiæ, et altera medietate dictis Civibus applicanda.

De Civibus ad Carceratos. Cap. L.

Licet a jure Officiales, et Judicentes presumantur a recto non recedere, nihilominus experientia comprobatum est, quod Officiales quandoque aliquo particulari affectu ducti Carceratos nimis rigorose questioni subiciunt. Volentes huic morbo salubriter pro-

videre

videre. Statuimus, quod duo Cives conjunctim de bussulo faciendo de Civibus de Mag.co Numero extrahantur pro uno Semestre, qui quando acciderit, quod aliqua persona tam de dicta Civitate, quàm de Comitatu etiam forensis retineatur in Carceribus a Mag.co D: Gubernatore, a D: Potestate, vel aliquo Officiale dictæ Civitatis pro aliquo crimine, sive excessu sibi imputato, contra quem urgerent inditia ad examen rigorosum, et torturam, debeant Cives prædicti vocari, et certificari ab eo, qui Carceratum retinetit, ad interessendum dicto examini. Dictique Cives teneantur præsentiam præstare, et interesse dicto examini, ut dicti Officiales saltem dictorum Civium præsentia perteriti ab injuria, et ab excessu tormentorum abstineant, qui sub pœna præstiti juramenti, et sub Censuris, de quibus in Capitulo Mag.ci Numeri non possint aliquid relevare de confessionibus coram eis factis.

De Præfectis Archaturæ, & eorum officio, & Salario. Cap. LI.

Inter res illas, quas maximopere Communis Fulginii interest conservare, et manutenere clausura Fluminis, sive Archatura est connumeranda merito de aliquo auxilio pro illius manutentione duximus providendo. Statuimus igitur, et ordinamus, ut per Mag.cum Consilium, sive deputandos ab eo fieri debeat bussulus de Civibus Consiliariis. Qui bini brevicalis describantur, qui deinde reponatur, et conservetur more solito, de quo Bussulo in quolibet quatrimestre extrahatur unum ex dictis Breviculis continens nomina duorum Civium, qui sint, et esse debeant pro dictis quatuor Mensibus Præfecti dictæ Archaturæ, quam teneantur frequentèr inspicere, et revidere, et si eis videatur, Camerarium Communis secum adhibere, et curare, ut semper aliquid pro manutentione dictæ Archaturæ fiat multa enim a principio parvi impensa, et labore emendantur, quæ tractu temporis nisi provideatur maximum afferunt præjudicium, damnum, et incommodum, possint dicti Cives DD.nos Priores, qui pro tempore fuerint, decentèr requirere, ut ad dictam Archaturam accedant pro ea inspicienda, et ut ei de eo, quod opus fuerit provideatur, pro quorum Civium mercede unam Salmam Grani, videlicet, mediam Salmam pro quolibet ipsorum a Camerario Communis consigna-

vi dabunt operam dicti Cives, ut ne se dicta mercede simul, et comendatione indignos reddant.

De Prefectis Cavatinę Fluminis. Cap. LII.

Eadem ratione moti, de qua in proximo Capitulo fit mentio. Statuimus, et ordinamus, ut simili modo fiat, et conservetur Bussulus Civium Consiliariorum, de quo ternatim extrahantur Cives in extractione facienda de Magistratu, cęterisque officijs pro uno anno incohan. in Kalendis Januarij, et finiendo ultima Decembris. Qui post acceptum per eos officium, et prestitum per eos juramentum, debeant diligenter inspicere, et curare, ne aqua ab aliqua particulari persona divertatur, occupetur, aut impediatur, vel Rijs, aut Lavatorijs, vel aliquo edificio noviter constructo impediatur, quinimo omne impedimentum, aut aquę diversionem, aut occupationem removeant, et removeri faciant, invocato ad hoc, si opus fuerit auxilio Mag.ci Consilij Jusdicentium in dicta Civitate, et, si opus fuerit, Presidis Provincię.

Provideant aliquo tempore oportuno, et minus incomodo, ut saltem semel in anno Alveus Fluminis intus dictam Civitatem emundetur, et excavetur per Societates, et Sindicatos adjacentes. Juxta consignationem, et terminationem hactenus factam, adhibentes in predictis Camerarium Communis, ac Magistrum Molendinorum, seu super Molendinis, qui pro tempore fuerint, inobedientes mulcta, et pena decem libr. a qualibet Universitate contrafaciente auferen., et Communi Fulginei applicanda.

Mandantes signanter, et expresse dictis Civibus, ut procurent, ut immunditia, et illud, quod excavatur ex Alveo Fluminis non in aliquo loco propinquo, et declivi reponatur, ne de facili in pristinum locum labatur, et alveus recidivum impedimentum recipiat. Pro quorum Civium Salario, et mercede dimidiam Salmam Grani cuilibet ipsorum per Camerarium Communis assignari mandamus, servata, et adimpleta per eos forma superius tradita.

De Locatoribus, sive Appentionatoribus Apotecarum tempore Nundinarum Fulginię. Cap. LIII.

Cupientes fraudibus obviare, et indemnitati Communis quantum in nobis est consulere:

lere: Statuimus, et ordinamus, ut de numero Consiliariorum more solito fiat, reponatur, et conservetur Bussulus, in quo ternatim Cives in Breviculis describantur, et in extractione facienda de Magistratu die vigesima prima Martij fiat extractio de uno ex dictis Breviculis continente nomina trium Civium, qui sint, et esse debeant pro Nundinis tunc proxime, et immediate sequentibus Locatores, et Affensionatores Apotecarum particularium personarum, et earum, quæ pertinent ad Jus publicum. Qui una cum Camerario Communis in principio ipsarum Nundinarum teneantur per unum ex Famulis DD. Priorum adnotare, et describi facere nomen ejus, ad quem pertinet dicta Apoteca, et nomen Mercatoris forensis Conductoris, signando Apotecam finibus, et lateribus, et quantitatem, pro qua dicta Apoteca fuerit ab eis locata, et circa finem Nundinarum ante recessum dictorum Mercatorum debeant se cum Camerario, et Famulo predicto ad quamlibet dictarum Apotecarum particulariter conferre, et accedere, et ab ipso Conductore, non autem a Locatore exigere integraliter tertiam partem totius ejus quantitatis, pro qua dicta Apoteca fuerit affensionata. Dictamque tertiam partem in manibus dicti Camerarij persolvi de ea reddituri rationem suis loco, et tempore. Et quia multoties experientia docet nonnulli sub pretextu Magazenorum, Camerarum, et aliarum commoditatum, quæ Mercatoribus impenduntur querunt pensiones Apotecarum extenuare tribuentes Magazenis, et Cameris, quæ nullo oneri sunt subjecta. Volumus ut dicti Cives ex eorum integro Consilio, et Conscientia provideant, ne Communitati fraus inferatur, dantes dictis Civibus non solum in predictis, sed in quibuscumque alijs eorum officium concernentibus potestatem juramentum actualiter deferendi, tam Locatori, quàm Conductori pro veritate habenda dicunt Conductor, et Locator Apotecam locatam, non esse condecentem, et majori pensione credant illam fuisse locatam, et conductam, ut possint prefati Cives, et Camerarius de hoc, et quæ pensio videatur congrua dictæ Apotecæ se ipsos informant, et juxta dictam informationem habitam ad dictam tertiam partem pensionis solvendum Conductorem astringere, nec non tam contra Conductorem, quàm Locatorem executionem realem, et personalem faciendi, et alia gerendi, et exequendi in premissis necessaria, et oportuna. Ita ut dicta Communitas Fulginij debitam ejus ratam, et portionem

integraliter consequatur. Pro salario dictorum Civium Florenos tres monetę currentis cuilibet ipsorum post absolutam integram exactionem assignari mandamus per Camerarium Communis. Et in Archivio Communis Bastardellos, in quibus dictę Locationes, et exactiones fuerint descriptę per dictos Cives deponi.

De Collegio Excellentiſsimorum Doctorum. Cap. LIIII.

Et si temporibus elapsis (ut creditur) ob Studij Perusini vicinitatem, non fuerit in Civitate Fulginię confectum (prout in quampluribus alijs, quamvis in eis Studium docentium non adsit) aliquod Doctorum Collegium cum aliquali solita auctoritate, quę ut licita, et a Summis Pontificibus nunquam improbata, extollere consueverunt Urbium famam, animare Literarum Professores ad nobile, et famosum legum exercitium, in cujus quidem professione justę emulationes solent elevare animos, ijsdem Studijs inflammatos, ad eminentiores honorum gradus, qui (ut videmus, presertim in Urbe Romę) passim eruditis, ac literatis Doctoribus conceduntur: Nihilominus non defuerunt in ea Excellentissimi, et Doctissimi Viri, quorum nomina, et cognomina ne nobis sive ipsis blandiri, et adulari videremur, silentio preterire operę pretium fore existimamus: His igitur, et moribus nostrę Civitatis maturius consideratis Collegium predictum cum infrascriptis Capitulis, et conditionibus approbandis a S. D. N. introducere, ac creare deliberavimus, et in primis. Ut Collegium Doctorum non habeat numerum diffinitum, sed omnes, qui ad gradum Doctoratus conscenderint modo, et forma, ac conditionibus infrascriptis, intelligantur, et esse debeant, et sint de dicto Collegio Doctorum Civitatis Fulginię. Quicumque enim per solitum examen, gradum Doctoratus acceperit in aliqua Civitate, in qua Collegium habentium talem facultatem doctorandi adsit, vel in Urbe Romę per Collegium Advocatorum Concistorialium, vel in Civitate nostra per Collegium nostrum cum infrascriptis sumptibus, et expensis, ille esse possit, et debeat, et esse intelligatur de Collegio Doctorum Fulginię. Expensę, et sumptus Laureandorum in Collegio dictę Civitatis Fulginię in utroque jure ascendant ad summam duodecim Ducatorum Auri, nisi aliter ex gratia (attenta paupertate, et qualitate personę) dictis Dñis de Collegio videretur, et pro uno gradu tantum, dimidius sumptus predictus intelligatur. Doctorati vero in aliquo alio Collegio

non

non ingrediantur Collegium predictum, nisi prius facta fide legitimè de eorum Doctoratu, et solutis Scutis quinque Auri Collegio predicto. Item laureandi in antedicto Collegio debeant electis arbitrio suo duobus Doctoribus compromotoribus adire Revum D. Vicarium Rmi Episcopi Civitatis Fulginie, ab eodem reverenter petere sibi dari puncta, unum scilicet in jure Civili, et aliud in jure Canonico. In quorum assignatione dictus Reveren. D. Vicarius Libros coram eo per duos Famulos DD. Priorum dicte Civitatis Fulginie exhibitos, confestim, et forte fortuna aperire debeat, legemque, seu capitulum adveniens, vel utrumque, si in utroque Doctoratus gradum accipere voluerit, ex improviso in punctis eidem oblata assignare. Qua assignatione punctorum facta, hora vigesima secunda habeat tempus ad studendum, et istud tantum ocij ei datum esse censeatur, usque ad diem subsequentem per horam ante prandium. In recitatione autem dictorum punctorum ordinem alias in alijs studijs servari solitum, quam citius se expediendo, quoniam non ad docendum accedit, sed ad demonstrandum, se adeo profecisse, ut premio Laureę coronari debeat observare sit obnoxius, quem ordinem, et ritum, ut notissimos, et vulgares pretermittendos hic duximus. Compromotores autem sui, habita dicta recitatione punctorum cum aliquali oratione, unus videlicet ex dictis Compromotoribus a dicto Laureando eligendus, ipsum insigniat per appositionem birrecti, per appertionem librorum, per Anuli dationem, et per osculum cum benedictione, et in istis omnibus exprimat virtutem, et significatum omnium predictorum, eo modo, quo magis placuerit Compromotori predicto, concionante tamen eo, antea quam ad ipsum coronandum veniat, in laudem, et honorem laureandi. Qui laureandus postquam in Collegio publicè puncta recitaverit, et in medio suorum Compromotorum sedente, exire debeat ex Collegio una cum dictis suis Compromotoribus, ipsisque extra locum permanentibus, Scrutinio per Apodissas continentes Approbo, et Reprobo, videri debeat, an dicta laurea sit dignus nec ne, et si plura fuerint approbo, vel reprobo, tunc intelligatur esse approbatus, et ut Doctor, et ut de Collegio si sit Fulginaten. Sed si forensis ut Doctor tantum, sed non ut de Collegio. Si vero plura fuerint Reproba, tunc intelligatur exclusus, et semel

tantum aliud de eo Scrutinium fieri poſsit, ultra primam vicem, et si approbatus fuerit ut supra, tunc a Bidello per dictum Collegium eligendo vocetur insimul cum Compromotoribus suis, et sedentibus ut supra in eminentiori loco fieri debeant, et observari, quę superius diximus in traditione laurę. Debeat etiam in principio quorumlibet duorum Mensium creari unus Prior dicti Collegij, cujus Prioratus poteſtas duret per dictos duos Menses, in cujus quidem Prioris manibus dicta approba, et Reproba offerantur, illisque bene lectis in presentia Notarij, qui eligetur a dicto Collegio, et pariter numeratis, videatur, an sit approbatus, vel reprobatus.

Modus eligendi Priorem sit ut omnes Doctores imbuſsulentur, & in fine quorumlibet duorum Mensium per Priorem prędecentem extractio novi Prioris fiat coram Notario, qui curam buſsulę, & loci ipsius Collegij habere teneatur. Cap. LV.

Debeat etiam ulterius (ut diximus) eligi Notarius sine tamen aliquo Salario ad beneplacitum dicti Collegij, qui ultra prędicta de omnibus, quę in dicto Collegio fient, et fieri contigerit rogatus eſse debeat. Et quoniam (ut ajunt) nullus labor sine premio, emolumentum dicti Notarij sit confectio privilegiorum doctoratus, pro quo poſsit accipere unum aureum tantum, et non ultra, et cogere laureatum ad elevandum dictum privilegium, soluto tamen uno Scuto aureo. Item de causis, quę delegarentur Collegio prędicto non poſsit alius Notarius rogari, nisi Notarius Collegij. Et hoc etiam intelligatur cedere emolumento ipsius, salvo tamen, et semper reservato arbitrio in elargiendo, si quid ultra Notario prędicto juxta ipsius labores, et factorum contingentiam videretur. Poſsint etiam delegari, et committi Causę per rescriptum eidem Collegio, ne dum a Legato, sive ejus Vice Legato Provincię, sed etiam a Gubernatore dictę Civitatis. Prior autem Collegij debeat tractare Causas prędictas, et coram eo Acta fieri, ipseque interloqui poſsit usque ad Sententiam diffinitivam exclusive. Quę Sententia finito Proceſsu per Collegium feratur cum Votis accipiendis viva voce a Notario, et major pars intelligatur prevalere, de quibus omnibus Causis Collegium accipiat teſtium examen

examen, et Viatica, si, et quatenus opus esset accedere ad locum per dictum Collegij Priorem, et Sportulas juxta Taxam, et mores ejusdem Civitatis Fulginie, distribuendo tamen omnia lucra inter dictum Collegium, et Doctores viriliter, et pro portione. Item quoniam legis virtus est dare formam futuris negocijs, et ne alicui injuria fiat, statuimus, quod omnes, qui hodie doctorati sunt, vel in Collegium, vel extra, vel per privilegium, vel alio quocumque modo, intelligantur esse, et sint de hujusmodi Collegio, exclusis penitus in futurum omnibus illis, qui per contrarios tramites supradictis, ad dictum Collegium nostrum anhelare tentaverint. Et quia dignum est, ut Doctores, qui publicis certaminibus ad omnium hominum utilitatem, et rerum publicorum conservationem quotidie certant, et defatigantur, aliud etiam nobile insignium gerant, presertim cum utrumque tempus, et bellorum, et pacis ab illis recte gubernari debeat, ideo Equites, et Comites palatini, qui Equites aureati vocantur, cum omnibus facultatibus, privilegijs, et exemptionibus solitis, et consuetis, ipso jure fiant, et esse intelligantur statim, quod ingressi sunt Collegium nostrum antedictum, et ut de Collegio recepti, et approbati. Precedentie autem nulle sint in Collegio, nisi respectu antiquioris dignitatis gradus, et omnes Doctores Fulginie ad dictum Collegium quavis dignitate, et Magistratu fungentes, accedere volentes suo loco gradus residere debeant, neque ob dignitatem, seu Magistratum, eminentiorem locum ascendant, nulleque etiam sint separationes lucrorum, nisi pro equali portione, exceptis Compromotoribus eligendis, ut superius diximus, et Priore, qui habere debeant pro ipsorum laboribus ultra alios grossos quinque pro quolibet. Nullusque ex dictis Doctoribus sub pena perpetue privationis a dicto Collegio, illud adire possit, et in eo intervenire, nisi rogatus, et cum Soleis sericeis, Toga autem ea sit, qua uti solent Doctores, nullusque ex Doctoribus predictis possit petere portionem suam cujuslibet lucri ad dictum Collegium, nisi presto fuerit, dummodo eidem intimata fuerit coadunatio Collegij, vel domi, vel in personam, quam intimationem fieri debere a Bidello jubemus, neque excusari valeat egritudine, absentia, causa Reipublice, et quavis alia justa causa, sed totum cedat lucro Doctorum astantium. Possit etiam Collegium predictum inter ipsosmet Doctores, et Collegium addere, et diminuere istis legibus, et Statutis, ac decernere, prout sibi magis placuerit, et videbitur, et predicta

inter ipsos statuta inviolabiliter ab eisdem observari debeant.

De Collegio, & Conſtitutionibus Notariorum. Cap. LVI.

Sequitur ut post Collegium Eximiorum Doctorum hactenus de Collegio, ejusque Constitutionibus, et Statutis Judicum, et Notariorum ejusdem Civitatis Fulginie, in qua licet hactenus viguerint, nonnulle Constitutiones, que partim in desuetudinem abierunt, partim vero ob temporum, et morum varietatem aliam exigant observantiam, et ordinationem, eas tamen sibi opus videbitur, approbavimus, ubi non reprobavimus, infrascriptisque ordinationibus, et Statutis standum esse dumtaxat decernentes, non obstantibus in contrarium alias ordinatis, et statutis. Collegium Notariorum sit, et esse intelligatur, ne alicui injuria fiat, et quia in futurum illud reformare intelleximus de omnibus, et quibuscumque Notarijs, qui usque in presentem diem juxta stilum, et consuetudines prescriptas approbati, et descripti fuerint in Matriculam, dummodo nova Matricula fieri debeat, in qua denuo tracti iterum assumpti, describantur, et Notarij in hoc novo Collegio, ut inferius ordinato esse intelligantur aggregati, ad officiumque Tabellionum habiles effecti. Doctores omnes dei Collegio, qui solverint in manibus Camerarij Collegij Notariorum prefati inferius deputandi scutum unum cum dimidio, de Collegio etiam Notariorum esse intelligantur cum infrascriptis facultatibus. Prima erit, ut participes esse debeant omnium, et quorumcumque lucrorum, pro eorum rata, sicuti et ceteri Notarij erunt, eminentioremque, ac primarium locum tenere debeant, exceptis Consulibus prefatis statim subiiciemus. Tres Proconsules eligantur, quorum duo sint de antiquioribus Notarijs Collegij eo modo, quo statim declarabimus, alter non sit doctor eligendus, et imbussulandus modo, et forma infrascriptis, hisque doctor semper esse Prior intelligatur. Habeant pro eorum salario, et officio, quod per sex Menses durare tantummodo intelligendum decem libras Marchie pro quolibet extrahendas ex lucris, que in manibus Camerarij Collegij reperientur de Introitibus, et assignationibus eidem Camerario, et Collegio prefato infra dicemus datis, et faciendis. Officium Camerariatus durare debeat per annum et Camerarius sit obnoxius tenere librum Computorum distinctè, reddereque rationem sue villicationis finito anno in manibus novorum Proconsulum, et relinquere

in

in Archivio librum ejus Computorum postquam a Proconsulibus, et in hac parte Revisoribus fuerit approbatus, ut juxta veritatem descriptus. Introitus, et emolumenta Collegij sint solutiones faciendę a Doctoribus, qui ingredi, et aggregari voluerint ad dictum Notariorum Collegium, sintque etiam solutiones faciendę ab illis, qui creari Tabelliones desideraverint, et in Matricula, et Collegio Notariorum describi, eorumque etiam emolumento, et utilitati cedat omne lucrum, quod fiet a Camerario sub nomine Collegij, et Proconsulum, cum illis, qui fidem habere quęsierint de legalitate Notariorum Fulginię, cui quidem Camerario unum grossum solvere teneantur, cui etiam additum sit, ex quo officia ad Notarios spectantia e Pixide extrahuntur quolibet Semestri, ut pro quolibet officio, ad quod sorte fuerint assumpti, seu aliter exercere voluerint quolibet Semestri, debeant accipere licentiam de exercendo, ac solvere juxta infra descriptam taxationem, alias illud exercitare non possint, et predicta a Camerario scribi debeant, a quo de omnibus predictis emolumentis computa, ut supra diximus, distincte teneantur. Electio Proconsulum fiat hoc pacto, ut omnes Notarij, qui per annos quindecim Tabelliones creati fuerint imbussulentur cum parvulis apodissis continentibus nomina, et cognomina Notariorum, ac deinde sorte extrahantur cum infrascripta solemnitate. Pariterque fiat imbussulatio Doctorum de Collegio Notariorum, separatim tamen, et extractio eodem tempore, ut dicemus, sequi debeat. Fiat et alia imbussulatio Notariorum juniorum, qui omnes imbussulati Camerarij extrahi possit, dictumque Camerariatus officium exercere cum supra descriptis oneribus, et cum salario 25. librarum de Marchia pro quolibet anno.

Omnes enim sic imbussulati, in die extractionis omnium aliorum officiorum ad Mag.cam Communitatem spectantium presententur coram Mag.co D. Gubernatore, et ab isto juxta morem aliorum sorte extrahantur, et deinde reponantur, et custodiantur usque ad aliam novam extractionem.

Volentes autem, et desiderantes creari de cętero Notarij Civitatis Fulginię, et esse debet Collegio predicto, sive sint nati in Civitate Fulginię, sive in ejus Territorio, et Districtu, habeant, et habere debeant, necessariumque sit, quod nulli infrascriptis qualitatibus in eis deficiant, videlicet.

Qui etatem annorum viginti attigerint atque et, quod de aliquo crimine, seu delicto capitali culpati fuerint, et quod Institutiones Imperatoris saltem per annum audierint, natique sint ex Patre, et Matre Fulginij, vel de ejus Territorio, et Comitatu, et quod nunquam neque ipsi, neque eorum Parentes fuerint Adversarij, aut litem habuerint cum Communitate Fulginij, sine licentia Consilij ejusdem Communitatis, et de ipsis omnibus fidem faciant coram Proconsulibus, antequam proponantur in Collegio.

Habito a Proconsulibus testimonio legitimo super premissis qualitatibus, proponant in Collegio eligendi in Tabelliones, et aggregandi antequam Tabelliones fiant, ad effectum, ut unicuique de Collegio innotescat persona affectans creari Notarius, et contra ipsum adhuc opponi possit, si quid deest, propter quod non possit, neque debeat acceptari, ut efficiatur Notarius, et de Collegio.

Et si fuerint judicati idonei, ut proponantur, tunc unà die pro alia ex Camerarij cura, Collegium intimetur, et facta coadunatione, compareat laureandus, suique desiderium per orationem directam Consulibus, et Collegio, publicè, omnibus audientibus, etiam quod non sint de Collegio, exponant. Eoque per responsionem latinè fiendam a Proconsule Doctore, publicè, ex decreto Collegij recepto. Semotis alienis, qui non sint de Collegio, fiat examen sub infrascripta forma, et conditione.

Unusquisque dictorum Proconsulum, incipiendo a Priore ex improviso, ut vulgo dicitur, gli dia un latino per quella regola, che più gli piacerà, cogatque deinde ipsum ad recitationem unius Instrumenti in illa materia, quæ eidem magis libuerit, et in mentem venerit, prestito tamen prius juramento super Evangelijs, ab eisdem Proconsulibus, quod nullam cum eo collusionem fecissent, neque animadvertissent, de quibus ipsum interrogaturi ~~sunt~~ essent: Itaque omnibus peractis, faciant ipsum eligendum scribere dimidiam partem unius dimidiæ Cartæ, ~~eaque~~ sic scripta, omnibus de Collegio astantibus deferatur, ostendaturque, ut sciant cuncti, an ultra peritiam Contractuum, et humanarum literarum valeat ad scribendum, et Caracteres suarum literarum sint bene compositi, et intelligibiles. Post precedens examen sub conditione predicta, eligendus mittatur foras, et per Apodissas continentes Approbo, et Reprobo porrectas in

in manibus Camerarij, videatur a Proconsulibus, an sit a majori parte approbatus, vel reprobatus, et si approbatus est, statim intelligatur effectus Notarius, et de Collegio, omniaque Notarijs, et Tabellionibus incumbentia exercere possit cum solitis signis, et Rogitibus, et in Matricula cum ejus signo ab ipso assumendo, subito describatur.

Prestito etiam juramento per ipsum de non approbando, neque reprobando alium Notarium, nisi juxta Capitulorum tenorem, et Conscientiam ipsius, remoto penitus omni odio, et malevolentia. Si vero fuerit reprobatus, tunc debeat abstinere per annum, vacando interim literis, et arti scribendi, quia ut minus idoneus debet censeri reprobatus, et elapso anno iterum ad idem examen, et solemnitatem reverti possit, et si denuo reprobatus fuisset, sine spe ulterioris admissionis perpetuo censeatur exclusus, et nihilominus quod deposuit penes Camerarium, ut infra dicemus, eidem non admisso restituatur, preter binos Carlenos remansuri apud Camerarium pro ejus laboribus in vanum passis.

Teneaturque dictus eligendus deponere ante omnia in manibus Camerarij unum Carlenum pro quolibet Notario vivente in Matricula descripto, quem facta approbatione Notarij eligendi, distribuat, cum augumento portionum Notariorum deficientium, et non astantium, quos nulla causa, quantumcunque justa excuset, sed totum accrescat intervenientibus.

Qui non aliter, quam modo predicto in Collegio nostro in futurum Notarij electi fuerint, seu approbati non possint frui, neque gaudere aliquo officio Communitatis, neque rogari, neque instrumentum conficere in Civitate, Territorio, ac Dominio Fulginatensibus. Et si secus factum fuerit, omnia sint ipso jure nulla, neque valeant, neque fidem faciant, neque secundum ea judicari possit, et habeantur perinde, ac si a privata persona confecta fuissent nulla penitus auctoritate, et facultate fungenti.

Ad omne mandatum Proconsulum, Collegium convenire debeat, mandatum vero, sive intimatio faciende coadunationis, fiat a Proconsulibus per publicum Bajulum, et per Edictum in valvis locis, in quo conveniat Collegium, et qui in Civitate presentes fuerint, et non obedierint, accedendo ad Collegium, nisi in lecto egroti jacuerint, per annum censeantur exclusi ab omni participatione emolumentorum, et officiorum, que dan-

tur Notarijs de dicto Collegio, neque ipsorum Contumaciam purgare possint, seu in pristinum restitui, nisi solutis infra duos Menses a die eorum Contumacie viginti bolonenis in manibus Camerarij ejusdem Collegij, et predicta inviolabiliter observari decernimus absque eo quod censeatur aliquo pacto huic capitulo derogatum, sivè derogari possit per idem Notariorum Collegium.

Quam sanctionem optimam esse, et sanctam existimavimus, quoniam ex frequenti ejusdem Collegij coadunatione, et cetu, non est ambigendum in dies augendum fore reformandum, ejusque Collegij Capitula observandum, et Proconsules, qui Collegio presunt, non deridendos dum mandant, prout justum, et rationi consentaneum est. Possintque etiam inter eosdem statuere, addendo, et diminuendo, ac declarando, prout majori parti Collegij justum, et conveniens magis visum fuerit.

Habeant, et particularem Bajulum, seu Nuntium cum salario eidem a predicto Collegio statuendo, qui preceptis Proconsulum obediat, et inserviat, prout ab eisdem imperatum fuerit.

De Contractibus, alijsque Rogationibus scribendis, & in Libro ponendis. Cap. LVII.

Dispendiosam, ac damnabilem quorumdam Tabellionum desidiam, qui vitio negligentie dediti Scripturas, de quibus rogati sunt, ut plurimum in libro ponere totalitèr pretermittunt quandoque vero earum substantiam defectuose, et imperfectè describunt, quas postea morte preventi, nec omissas de novo ponere, nec imperfectas perficere unquam valent, ex quo prout ipsa rerum experientia docet, et frequens, ac assidua plurimorum querela insinuat grandia, et irremediabilia multorum damna proveniunt effectualiter reprimere, et radicitus evellere cupientes, presenti constitutione statuimus, et firmamus, quod Notarij nostri Collegij, qui nunc sunt, et qui imposterum fuerint de ipso Collegio, teneantur, et debeant sub vinculo, et virtute prestiti juramenti, et ad penam Centum libr. denar. pro qualibet vice, qua confecerit omnes, et singulos Contractus, Testamenta, Codicillos, aliasque dispositiones, et actus quoscumque, de quibus rogati essent in Libro Protocollorum suorum ponere extensè,

et

et perfectè saltem cum omnibus Capitulis, et Clausulis quoad substantiam necessarijs, et cum nominibus, et prænominibus Testium, qui interfuerunt, et cum rogatione ipsorum Testium infra octo dies, a die celebrati Contractus, dispositionis, seu alterius actus, de quo rogati fuerint. Et qui contrafecerit, condemnetur, et cum effectu per Proconsules Collegij puniatur in pena predicta. Et nihilominus parti ex hoc lesæ, teneatur omne damnum, expensas, et interesse, integrè, et effectualitèr resarcire, nisi forsan gravi infirmitate, vel alio justo, et legitimo fuerit impedimento detentus, quominus predicta omnia potuerit effectui demandare, quo casu si de ipsa infirmitate, vel alio predicto impedimento coram Proconsulibus fecerit claram, et plenam fidem, ad supradictam penam, damnum, expensas, et interesse nullatenus teneatur.

Quod Notarij faciant, & habeant Protocolla. Cap. LVIII.

Pari quoque consideratione hoc consultissimo stabilimus edicto, quod Notarij dictæ Civitatis Fulginij, et ejus districtus, qui sub dicto comprehenduntur Collegio debeant, et teneantur singulis annis facere, et habere Libros, seu Librum Protocollorum cum legitima intitulatione, et cum sui subscriptione in fine libri posita, in quo, seu quibus ponere possint, et debeant omnes Contractus, dispositiones, et actus quoscumque, de quibus rogati fuerint, prout supra in proximo precedenti Capitulo est expressum, et in fine dicti Libri, et Librorum debeant etiam suum solitum signum apponere. Et qui in aliquo contrafecerit, seu aliquod predictorum facere omiserit, pena 25. libr. denar. pro qualibet vice plectatur. Et nihilominus parti ex hoc lesæ omne damnum, expensas, et interesse refundere compellantur.

De Contractibus, & alijs Scripturis non conficiendis per Notarium forensem, nec per Cives minores 20. annis. Cap. LVIIII.

Item providemus, et ordinamus, quod nullus possit exercere Tabellionatus officium in Civitate, nec in districtu Fulginij, maximè inter Cives, vel Comitatenses ipsius Civitatis, nisi fuerit Civis, vel Comitatensis Civitatis Fulginij, vel habitator continuus

80v

dictæ Civitatis, et qui hactenus in ea habitaverit saltem per spatium quinque annorum, et major 20. annis. Et si quis confecerit, puniatur per Proconsules Collegij prædicti in Centum libr. denar. applicandorum pro medietate Communi Fulginie, et pro alia medietate dicto Collegio. Et nihilominus omnis embreviatura, Rogatio, Protocollum, Instrumentum, et qualibet Scriptura, quæ fieret per illum, qui non esset Civis, vel Comunitatensis dictæ Civitatis, et major 20. annis, vel saltem habitator modo prædicto, et per tempus prædictum in dicta Civitate, et ætatis prædictæ, ipso jure non valeat, et ex eis nullum jus, nullaque actio alicui acquiratur, nec per aliquem Judicem, vel Officialem quamcumque jurisdictionem habentem, et quocumque nomine censeretur, admittatur, nec eidem fides aliqua adhibeatur, non obstante aliquo Statuto Communis, vel Populi dictæ Civitatis, quod in contrarium loqueretur. Et maximè Statuto, quod loquitur de executione Instrumentorum guarentigiæ. Salvo quod Officiales dictæ Civitatis, etiam si fuerint forenses, possint dictum Officium exercere in Actis judicialibus tantum. De alijs autem se nequeant intromittere nullo modo sub pena prædicta. Salvo etiam quod Notarij Cives, et Comunitatensis, qui fuerint recepti in dicto Collegio, et scripti in ejus Matricula, ante quam ad vigesimum annum pervenerint, possint copiare, et exemplare Instrumenta, Contractus, Acta, ceterasque Scripturas publicas, et privatas de verbo ad verbum, prout in originali invenerint, nullo addito, vel detracto, Solemnitate tamen juris adhibita, et alia quod fecerint, non valeat ipso jure. Et quod de ipsorum Notariorum ætate stetur, et credatur dicto, et declarationi Proconsulum dicti Collegij, vel duorum ex eis, una cum Judice Collaterali Potestatis dictæ Civitatis Fulginie, quando ipsi Proconsules non essent omnes de hoc in concordia.

De Festivitatibus Annuntiationis, & Assumptionis B: Mariæ Virginis, & modo in eis servando. Cap. LX.

Item, ut Virgini Gloriosæ, quæ etiam Advocatorum, et Procuratorum Advocata, et

Protectrix

Protectricis extitit reverentia, et honor in suis precipuis Festivitatibus exhibeatur, ut decet per omnes de Collegio antedicto. Statuimus, et ordinamus, quod quilibet de dicto Collegio, et Universitate adscriptus tam Civis, quam Comitatensis pena prestiti juramenti, et Centum Solid. denar. teneatur, et debeat in Festivitatibus Beate Marie Virginis Gloriose, videlicet in Vigilia Annuntiationis de Mense Martij, et in Vigilia ipsius Assumptionis de Mense Augusti venire, et adesse simul cum Proconsulibus, et alijs de dicto Collegio in loco, de quo per ipsos Proconsules mandabitur, et cum Candelis accedere processionaliter, ut est moris, et a dicta Processione non recedere sine ipsorum Proconsulum licentia, immo cum ea ire, et redire per totum iter, usque ad locum unde sit dicta Processio moveri. Et ut nullus pretextu sui occupationes, et in necessitate cum alia Processione accedendi colorem excusationis assumat, et ut ipsi Virgini Gloriose magis impendatur honoris. Dicimus, et ordinamus, quod dicta Congregatio fiat in Vigilia cujuslibet ipsarum festivitatum, et de mane ante tertiam, et quod per Proconsules ordinetur, quod dicto mane dicatur una Missa ad honorem, et reverentiam ipsius Virginis, et perfecta Missa omnes processionaliter more solito vadant. Et quod Proconsules cum effectu procurent, quod Presbyteri Fraternitatis S. Feliciani vadant cum dicto Collegio, quibus Presbyteris, si iverint, dentur per Camerarium Collegij 20. Sol. denar. Et quod convocentur ad dictas Processiones Judices Potestatis, et Judex Capitanei, quibus dentur Candele per Camerarium Collegij, et expensis Collegij. Et ad hoc ut omnes de dicto Collegio Magistrati sollicite accedere teneantur, volumus, quod Proconsules teneantur pena prestiti juramenti facere fieri requisitionem omnium de Collegio ante accessum. Et quicumque non fuerit repertus in ipsa requisitione solvat 20. Sol. den. Et quia non sufficit venire, nisi steterint, ordinamus, quod in reditu ipsius Processionis fiat iterato requisitio, et quod quicumque fuerit repertus fuisse priori requisitioni, et interfuerit secunde solvat X. Sol. den. Et ut Notarij Comunitatis ignorantiam non pretendant, Proconsules teneantur facere notificari omnibus Notarijs Comunitatis ascriptis Collegio, hoc capitulum prima vice post presentium ordinamentorum approbationem, et confirmationem, ad hoc ut dictis

diebus accedere teneantur. Et ad predicta non teneantur absentes a Civitate, et Districtu Fulginie, nec gravi infirmitate gravati, nec licentiam habentes ab omnibus tribus Proconsulibus dicti Collegij.

De eodem quod fiant Caputdeces. Cap. LXI.

Item dicimus, et ordinamus, quod Proconsules omni anno teneantur, et debeant facere Caputdeces de Collegio, qui Caputdeces teneantur, et debeant requirere omnes de suo Caputdeciatu octo diebus ante diem Festivitatum B: Marie, scilicet Annuntiationis de Mense Martij, et Assumptionis de Mense Augusti, et petere, et exigere illam pecunie quantitatem a singulis de Collegio, de qua deliberabitur per Proconsules, et Consiliarios dicti Collegij pro emendis, et portandis Candelis, ut est more solito consuetum, quam deliberationem Proconsules teneantur facere per decem dies ante Festivitates predictas. Et quicumque de dicto Collegio non solverit dicto suo Capudeci partem eum tangentem infra duos dies post petitionem eidem factam per Capudecem, solvat tertiam partem plus ultra quantitatem statutam, et ab eo petitam. Et nullus, qui in Capudecem electus fuerit, possit dictum officium refutare. Et possint dicti Proconsules bannum mittere, et imponere, prout eis videbitur, et non solventes facere pignorari, et si post duos dies postquam fuerint pignorati non solverint eam quantitatem, sit licitum eis sub usuris ponere, vel poni facere dicta pignora, et etiam ipsum, et ipsa vendere, et denario dare Camerario Collegij supradicti. Qui Camerarius teneatur, et debeat Candelas fieri facere illius ponderis, de quo deliberatum erit per Proconsules Camerarij, et Consiliarios pro tempore presidentes. Et quod dictus Camerarius de mane in die Vigilie dictarum Festivitatum ad dictam Ecclesiam, seu Palatium Episcopalem deferri faciat Candelas, ita quod Missa completa unicuique suam Candelam tribuat, et processionaliter omnes incedant cum reverentia, sicut decet. Et quilibet de Collegio supradicto teneatur ire, et redire cum Collegio, et Processione predictis, donec ad locum solitum suum reversi, et qui contrafecerit per Proconsules quinque Sol. pena effectualiter puniatur de facto. Qui Capudeces, et Camerarij teneantur predicta facere, et executioni

ni mandari ad penam 20. Sol. denar. pro quolibet, a quibus per Proconsules debeant de facto auferri, et ad manus Camerarij Collegij predicti venire.

Capitula super mercede Notariorum Fulginatensium. Cap. LXII.

Statuimus, et ordinamus, quod quilibet Notarius sub pena 25. libr. denar. Communi Fulginis applicandorum, postquam requisitus fuerit, teneatur, et debeat se rogare de omnibus, et singulis Contractibus, Testamentis, ultimisque Voluntatibus, Protestationibus, et Actis juridicis, ab una, seu pluribus personis conficiendis, dummodo negocium, seu materia, super quo, vel qua rogari, requireretur, sit licita, honesta, et non contra bonos mores, et habere, et consequi possit pro suo labore, et mercede modo, et forma infrascriptis, videlicet. Pro rogitu cujuslibet Actus coram quocumque Judice ordinario, sive extraordinario in dicta Civitate residente, faciendo, bononenum unum monete currentis. Si autem in dicto actu contigerit Scripturam, seu Scripturas, unam, vel plures produci, tunc habeat bononenos duos in totum, et hoc ab Actore solum modo, et nihil petere possit a Parte contradicente, nisi bononenum unum in casu confessionis, seu reconventionis, aut productionis Scripturarum. Pro presentatione, et exhibitione cujuslibet commissionis etiam a Sede Aplica emanate facienda cuicumque Judici, bononenos duos. Pro literis citatorijs, et inhibitorijs vigore commissionis cum illius insertione, bononenos octo. Pro literis intimatorijs litis cum insertione petitionis, et exceptionum, bononenos octo; Si vero continerent alias Scripturas ultra predictas, tunc accipere possit, ultra predictos octo bononenos, alios duos bononenos. Pro responsione facienda Articulis bononenum unum a quolibet respondente. Pro examinatione cujuslibet Testis super articulis, et Interrogatorijs hinc inde productis, pro ipsius Notarij rata habeat bononenos duos, et totidem Judex examinans. Et si fieret examen super Articulis excedentibus numerum decem Articulorum, tunc a dictis decem Articulis supra, dimidium unius bajocchi pro quolibet Articulo, dividendum pro medietate inter eos una cum dictis quatuor bononenis, de quibus supra. Pro Copijs quarumcumque

Scripturarum bajochos duos pro qualibet Carta ab utroque latere scripta, et qualibet Charta debeat continere versiculos viginti ad minus, et quilibet versiculus contineat dictiones octo plurium syllabarum. Pro confectione registri, et illius exhibitione, ac traditione tam Parti, quam Judici habeat ad rationem mercedis Copiarum ut supra. Expressè declarantes, quod si altera Colligantium Pars differret, seu nollet concurrere in solvendo ratam sibi tangentem pro confectione dicti Registri, quod possit ad instantiam alterius Partis petentis fieri Registrum, cogi de facto, sine aliqua pronunciatione ad solvendum, et concurrendum ut supra. Et si datum fuerit originale, ad quod Notarius astringi non possit, habeat bononenos octo, sive Judici, sive Advocato, vel Procuratori Partis tradat. Pro rogitu cujuslibet Sententię, bononenos quatuor. Pro notificatione ejusdem cum ejus insertione bononenos sex. Pro literis executorialibus, seu Mandato executivo, vel, ut vulgo dicitur, bullecta vigore Sententię diffinitivę relaxatis solidum unum pro quolibet Floreno usque ad Summam Florenorum trecentorum, ab inde vero supra usque ad quamcumque summam Florenos quatuor in totum. Pro extractione dictę Sententię, et consignatione in publicam formam, habeat mercedem, prout in Taxa extractionum Instrumentorum inferius descripta, et quartam partem dictę Taxę Instrumentorum ultra predictam Taxam. Declarantes, quod Mercedes Laudorum, Sententiarum arbitralium, et similium, non possit, aut debeat regulari secundum formam presentis Capituli, sed secundum dispositionem Capituli loquentis de extractione Instrumentorum. Pro rogitu cujuslibet appellationis viva voce factę, seu in scriptis interpositę coram quocumque Judice ut supra bononenos duos. Pro extractione dictę appellationis in publicam formam bononenos octo. Pro extractione Scripturarum, seu Processus in publicam formam habeat bononenos tres pro qualibet Charta ab utroque latere scripta ut supra. Pro extractione bullectę in contumacię relaxatę pro quacumque Summa bononenum unum, et similiter bononenum unum pro extractione bullectę super gravaminibus faciendis. Pro bullecta autem, quę relaxatur per Notarium

rium Sociimilitis, et Proconsulis Artis Mercantiæ vigore Sententiæ diffinitivæ, aut confessionis debiti per reum factæ, possit accipere bononenos duos, et non ultra pro quacumque Summa. Pro literis executorialibus virtute præcepti in contumaciam concessis a quocumque Judice ordinario, vel extraordinario ad 50. Florenis infra quæcumque fuerit Summa bononenos duodecim, ab inde supra pro quacumque Summa bononenos viginti quatuor. Pro actu, sive instantia, et juramento de fuga, et bullecta, seu Mandato executivo vigore dicti juramenti bononenos tres. Pro Comparitione, sivè Instantia coram quocumque Judice in dicta Civitate residente facienda de obtinenda licentia intrandi Tenutam alicujus hereditatis ex Testamento, vel ab intestato, et pro dictæ licentiæ concessione, et literis executorialibus, seu bullecta desuper extractis, bononenos octo in totum. Pro rogitu vero Instrumenti captionis Tenutæ prædictæ, si intra Civitatem bononenos quatuor pro quolibet rogitu; si vero extra, et ad loca distantia per duo, aut tria miliaria pro viatico bononenos duodecim, et bononenos quatuor pro quolibet rogitu; Ad loca autem ultra tria miliaria distantia pro viatico bononenos viginti, et bononenos quatuor pro quolibet rogitu, dummodo pro viatico, et rogitibus non habeat pro quolibet die ultra Florenum unum in totum. Pro Præcepto, seu sequestro de commissione cujusvis Judicis in dicta Civitate residentis bononenos duos. Pro rogitu cujuslibet protestationis extra Bancum bononenos duos, et pro illius extractione, et traditione in publicam formam bononenos octo. Pro rogitu insinuationis, et extensione in Libro Actorum bononenos quatuor; pro ex~~tractione~~ vero, et consignatione dictæ insinuationis in publicam formam bononenos octo. Pro rogitu Curæ ad lites, et Causas faciendæ bononenos duos; pro rogitu vero curæ ad negocia cum confectione Inventarij, et datione Fidejussoris, et illius extensione bononenos octo. Pro rogitu Tutelæ cum confectione Inventarij, et præstatione cautionis bononenos octo ut supra. Pro rogitu procurationis bononenos duos extra Bancum, ad Bancum vero bononenum unum. Pro extractione in publicam formam Instrumenti Curæ ad lites bononenos duodecim. Pro extractione Tutelæ, seu Curæ ad negocia bononenos sexdecim. Pro extractione Instrumenti Procuræ ad lites in publicam formam bononenos duodecim; Ad lites autem, et Negocia bononenos sexdecim in totum. Pro rogitu

cujuslibet aliorum Instrumentorum, et descriptione in Libro Protocollorum Notarij bononenos quatuor intra Civitatem, extra vero prout fuerit conventum, dummodo non excedat Merces dicti Notarij Florenum unum pro qualibet die. Pro rogitu Instrumenti Minorum faciendi coram quocumque Judice in dicta Civitate residente bononenos octo, ultra solutionem insinuationis ut supra. Pro rogitu cujuslibet Testamenti, vel Codicillorum, et extensione, ac descriptione in libro Protocollorum ut supra bononenos octo intra Civitatem, extra vero prout fuerit conventum ut supra dummodo non excedat ut supra. Pro requirendo, et inveniendo aliquod confectum Instrumentum bononenos duos. Pro ostensione Parti bononenos quatuor. Pro ostensione Advocato, seu Procuratori bononenos octo. Pro ostensione facienda cuilibet Judici, si fuerit quantitatis a quinquaginta Florenis infra, bononenos octo, ab inde vero supra pro quacumque Summa, bononenos sexdecim. Pro ostensione alicujus Testamenti, ut supra respective habeat, et petere possit quartam partem ultra predictam taxationem. Et ad predicta omnia facienda quilibet Notarius de Instrumentis predictis rogatus semel dumtaxat coram Judice cogi possit advocatis vero, et parti quandocumque fuerit requisitus. Et si in productione alicujus Instrumenti coram quocumque Judice in dicta Civitate residente facienda contigerit illud registrari, pro registratione hujusmodi accipere possit mercedem, ac si in publicam formam extraxisset, secundum taxationem infrascriptam. Pro extractione Instrumenti Pacis, Compromissi, Soccide, et aliorum similium Instrumentorum non continentium certam Summam bononenos viginti, pro alijs autem Instrumentis certam Summam continentibus accipere possit juxta importantiam, et continentiam Instrumentorum ad infrascriptam rationem, videlicet. Pro extractione in publicam, et authenticam formam Instrumenti continentis valorem usque ad Summam Florenorum decem, Carolenos duos, ab inde supra usque ad Summam vigintiquinque Florenorum de Marchia bononenos sexdecim; usque ad Summam quinquaginta, bononenos vigintiquatuor; usque ad Summam Centum, bononenos quadraginta; A Centum vero usque ad ducentos, bononenos sexaginta; Ab inde vero supra quecumque fuerit Summa ultra dictos sexaginta bononenos. bononenos viginti pro qualibet Centenario, dummodo in totum non excedat Summam quatuor Florenorum similium.

Pro extractione bullectæ executivæ vigore Instrumenti in forma depositi celebrati cum mandato in confessum, bononenos octo, pro fide dicti Instrumenti, quæ fit in dicta bullecta, et denarios decem pro quolibet floreno quantitati in Instrumento contentæ, dummodo non excedat quantitatem mercedis extractionis dicti Instrumenti in publicam formam. Et quia sæpe contigit de quantitate contenta in hujusmodi Instrumentis depositi solvi ante dictæ bullectæ extractionem aliquam partem, statuimus, quod Notarius rogatus de tali Instrumento possit licite, et debeat extrahere dictam bullectam pro quantitate, quam creditor asseruit, et juraverit debere consequi, et pro dicta quantitate tantum restanti habeat, et habere debeat mercedem. Et si contigerit dictam bullectam secundo, et pluries extrahi, habere possit bononenos quatuor pro qualibet vice tantum. Pro transumptu cujuslibet Instrumenti Notarij mortui, sive absentis cum solemnitatibus requisitis Notario transumptanti bononenos duodecim, Notario vero auscultanti bononenos quatuor.

Pro extractione cujuslibet Testamenti quocumque tempore confecti ad instantiam heredis, vel occasione hereditatis faciendæ ascendentis ad summam florenorum trecentorum, florenum unum, ab inde vero supra usque ad ~~sexcentos florenos~~, florenos duos, usque ad Mille, florenos tres, ab inde supra usque ad quamcumque summam, florenos quinque. Pro Processibus, qui interdum fiunt coram aliquibus in dignitate Ecclica constitutis super extractione Scripturarum vigore litterarum compulsoriarum a Rom.a Curia emanatarum, seu super dispensationibus in Causis Matrimonialibus, si in evidentem, et similibus, habeat pro rogitu Actorum bononenos duos in qualibet comparitione, pro rogitu Sententiæ, bononenos quatuor, pro extractione autem, et consignatione in publicam formam cujuscumque Processus super præmissis, et similibus agitati una etiam cum extractione Sententiæ, habeat bononenos tres pro qualibet Charta, prout supra in extractione aliarum Scripturarum in publicam formam statutum fuit.

De Solemnitate, & forma observanda ad obtinendum licentiam extendendi, transumptandi, & publicandi Rogationes Notariorum defunctorum. Cap. LXIII.

Dudum fuerat salubriter per leges, et Canonicas Sanctiones ob cursum, et etiam per jura municipalia stabilitum, ne Contractus, et alij Actus viventium, et dispositiones decedentium deperirent, quod Rogationes, embreviaturæ, aliæque imperfectæ Scripturæ Notariorum defunctorum possint per alios Notarios quibus hoc committeretur, extendi, compleri, transumptari, et publicari. Ex quo contigit interdum, quod nonnulli Notarij, quibus hujusmodi ministerium, et potestas per Officiales Communis, seu per generale Consilium passim, liberaliter, et sub nimia generalitate, juxta eorum generalem postulationem conceditur, ipsa potestate, et obtenta licentia abutuntur, dictasque rogationes, et embreviaturas pernitiose, et minus fideliter contra preter, et ultra veram facti substantiam extendere, et transumere moliuntur, sicque quod provisum extiterat ad remedium ut plurimum tendebat ad noxam. Quia igitur novis morbis, nova convenit antidota preparari, presentis constitutionis edicto firmamus, quod deinceps nullus Notarius nostri Collegij audeat, vel presumat licentiam, seu commissionem de predictis in Consilio, nec coram aliquo Rectore, vel Officiali petere, nec peti facere, nec aliquam petitionem de hoc porrigere in Scriptis, nec etiam verbotenus, nisi prius de hoc fuerit per ipsum Notarium similis porrecta petitio in generali adunantia Universitatis, et Collegij supradicti, in qua adunantia ad minus intersint sexaginta inter Judices, et Notarios ipsius Collegij, et nisi ipsa petitione admissa, et approbata fuerit, et secundum eamdem fuerit licentia sibi concessa per ipsam Universitatem, vel saltem per duas partes ipsorum ad bussulas, et ballottas, de extendendo, perficiendo, transumendo, et publicando ipsam Scripturam. Et aliter petitio de hoc dari, vel fieri in

in Consilio, seu etiam coram aliquo Rectore, sive Officiali nullo modo possit, et data non teneat, et non debeat, nec possit per ipsum Consilium, Rectorem, seu Officialem admitti. Et auctoritas, et quæcumque licentia aliter concessa ipso jure sit nulla, et Scripturæ, vigore, vel prætextu dictæ licentiæ, et concessæ auctoritatis extensæ, completæ, transumptæ, vel etiam publicatæ, nulla fides possit, nec debeat adhiberi. Sed potius ipsa extensio, transumptio, et publicatio omni caret effectu, et robore firmitatis. Et nihilominus talis Notarius, qui aliter, quam supradictum sit dictam licentiam, vel auctoritatem petierit, seu dictam Scripturam antea extendiderit, vel perfecerit, aut transumpserit, seu etiam publicaverit, pœnam 25. libr. denar. Cam. dicti Collegij applican. ipso facto incurrat.

Quod ordinamenta prædicta Collegij sint perpetua. Cap. LXIIII.

Item decernimus, et præsenti constitutione sancimus, quod omnia, et singula supradicta Capitula valeant, teneant, et durent, et durare, et valere debeant perpetuo. Et si casus occurrerit necessitatis, vel si Collegij utilitas suaderet, quod liceat Proconsulibus cum Consiliarijs, et illis de Collegio, quos vocare voluerint dicta ordinamenta, et Constitutiones corrigere, addere, et mutare, ac de novo condere, prout eis videbitur, expedire. Et quæ de novo addita, correcta, decreta, et de novo facta fuerit, facere confirmari, et eas postmodum confirmatas servare debeant omnes de dicto Collegio. Et Proconsules teneantur facere ab omnibus de Collegio observari, et pœnas, et Banna exigere a Contrafacientibus, et ad manus Camerarij dicti Collegij facere devenire, ita tamen quod ea, quæ de novo addiderint, detraxerint, correxerint, seu de novo fecerint, approbentur ante omnia per Collegium supradictum more solito congregatum.

Finis primi Libri.

STATUTUM

CIVITATIS FULGINIÆ

LIBER SECUNDUS

In quo habentur *R*ubricæ LXIV. sele=
ctæ ex Statuto veteri Comunis,
& Populi Fulg. &c.

Rub. I. p̃mę partis Stat. Comunis.

De Ecclesijs, & Pijs Locis Civitatis Fulginię conservandis.

In Nomine Dñi Amen. Nos Statutarij ad renovationem dicti Statuti positi, et electi dicimus, statuimus, et ordinamus, quod Potestas, et alij Officiales Communis Fulginię teneantur, et debeant precisè defendere, et manutenere Ecclesiam, et Domos Fratrum Predicatorum. Ecclesiam, et Domos Fratrum Minorum. Ecclesiam, et Domos Fratrum S. Augustini. Ecclesiam, et Domos Fratrum S. Marię Servorum. Monasterium Saxivivi, et Domos ejus in Districtu Fulginię. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Claudij. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Catharinę. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Marię de Populo. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Marię de Caritã. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Joannis de Pugillis. Ecclesiam, et Domos Monasterij S. Lucię de Pugillis. Ecclesiam, et Domos Monasterij Vallis Viridis. Ecclesiam, et Domos S. Marię de Cruce. Ecclesiam, et Domos Hospitalis de Corsciano. Ecclesiam, et Domos Hospitalis S. Spiritus de Urbe. Ecclesiam, et Domos Hospitalis Jesu Xρti. Ecclesiam, et Domos Hospitalis S. Georgij. Ecclesiam, et Domos Hospitalis Collis Floreti; Hospitale, et Domos S. Joannis Hierosolimitani; Ecclesiam, et Domos construct. p Thodisairam, et alias incarceratas, et reclusas Civitatis, et Districtus Fulginię, et Religiosarum, et Domos consuetudinis ipsorum Locorum, et ipsas Domos, et Loca manutenere, conservare, et defendere ab omnibus personis impugnantibus ipsos, et ipsa Loca. Et si quis offenderit aliquem predictorum Locorum, vel Personas ipsorum, vel in eis habitantes, Potestas cum voluntate Capitanei possit, et debeat delinquentes punire, et condemnare realiter, et personaliter, inspecta qualitate criminis, et Personę. Dicimus etiam, et ordinamus, quod Loca, et Domos omnium Incarceratarum stantium, et jacentium intus Cerchias novas Civitatis Fulginię, in Strata Abbatię, et Portę S. Marię emanat. per Homines Civitatis Fulginię eo-

rum bona valentia quinque libras; et ab inde supra non habentes Domos in Civitate Fulginii justo precio; Et quod dd: Homines per Potestatem Civitatis Fulginii, et ejus Officiales cogantur emere dictas Domos, et Loca, et quod de denarijs dictarum emptionum ematur Terrenum, in quo fiant Domus habitationum dd: Incarceratarum, et quousque Terrenum fuerit emptum, et Domos dd: habitationum fuerint hedificatę, et constructę dd: Incarceratę non priventur, nec privari possint dd: earum Locis, et Domibus, et Habitationibus.

Rub. XXXXIIII. pmę partis Stat. Comunis.

De divisione rerum Mobilium, vel immobilium facienda.

Item dicimus, et ordinamus, quod si Capitaneus, sive Rector, vel eorum Judices receperint querelam de divisione rerum Mobilium, vel Immobilium facienda, teneatur facere dividi inter eos communiter infra decem dies, postquam clarum fuerit rem esse communem. Et si aliquis noluerit dividere, et divisionem facere recusaverit, in Centum lib. denar. Comuni Fulginii condemnetur, et divisionem facere teneatur, exceptis rebus, de quibus fuerit pactum de non dividendo. Et Judex possit procedere non obstante si a Reo negaretur rem esse communem, et agentem possidere, et opponeret exceptionem preposservationis, et de tali questione non recipiatur salarium. Et talis divisio sit rata, et firma, et reducatur in publicam formam, sive Scripturam. Et Potestas teneatur facere micti petentem in possessionem ipsius rei divisę, sicut Instrumento continetur infra decem dies postquam fuerit ostensum rem esse communem; Et summariè fiat incontinenti executio predictorum Capitulo aliquo non contradicente, et si in ipsa divisione aliqua Partium fraudem commiserit, vel dolum, Judex debeat cognoscere, et ipsas divisiones facere sine fraude. Si aliqua Partium dividere nollet Mandatum Potestatis, vel Capitanei, qui Potestas, vel Capitaneus debeat nolenti divisionem facere dividi, et faciat fieri breves, et extrahi de aliqua Bussula,

tula, et illa, cui obvenerit aliqua pars, quę apparebit, seu erit in illo brevi, quod sibi obvenerit, et divisio, et quidquid fiat in predictis per dictos Potestatem, Capitaneum, vel alterum ipsorum valeat, ac si communiter factum esset. Et teneatur, et debeat defendere talem ipse Potestas, seu Capitaneus, huic Capitulo, aliquo alio non obstante. Et predicta locum habeant in presenti, preterito, et futuro, et si aliquis Pupillus minor, vel absens non habens Tutorem, vel Curatorem in Civitate Fulginię, a quibus petatur divisio fieri aliquorum Bonorum, quę haberet communia, Potestas, vel Capitaneus, vel eorum Judex teneantur, et debeant vinculo juramenti eis facere dari Tutorem bonum, cum quo possit divisio dictorum Bonorum fieri, et ipsos compellere ad divisionem faciendam. Et divisio cum eis facta plenum sortiatur effectum. Et minores non obstante minori etate possint petere divisionem fieri cum illis, cum quibus habent aliqua Bona communia qualecumque.

Rub. XXXV. p̃mę partis Stat. Comunis.

De Rebus, quę comodè dividi non poſsunt.

Item dicimus, et ordinamus, quod quisquis haberet rem communem cum aliquo, quę commodè dividi non possit ad postulationem Partium, vel unius ipsorum Potestas, et Capitaneus, vel eorum Judex faciat ipsam rem extimare justè, et ipsam adjudicari per duos Homines a Partibus electos, illi, cui per sortem obvenerit pro justo, et convenienti pretio, quod si dicti duo non concordaverint, tertius eligatur per Curiam, exceptis vijs vicinalibus, et Scalis, et Muris communibus inter aliquos existentibus, quę nullo modo possint dividi, nisi communi concordia, et voluntate illorum, quorum essent dictę Vię, Scalę, et Muri.

Rub. XXXVI. p̃mę partis Stat. Comunis.

De hiſs, qui poſsederint aliquam rem communem, & aliquam immiserint.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis possidet, vel possedit aliquam rem communem, scilicet Domum, Casalenum, Viam, vel Cortinam alicujus Domus, vel Turris, vel aliquod alium Edificium per spatium alicujus temporis, vel longo tempore, et aliquam immiserit, vel appodiaverit in ipsa Domo, Via, seu Cortina Domus, vel Turris, illud quod immiserit, seu appodiaverit retinere non possit, nec ipsa immissio, seu appodiatio prejudicet alicui jus habenti in ipsa re. Et Potestas, Capitaneus, sive Rector, et Judex Causarum Civilium Communis Fulginii ad petitionem cujuscumque petentis habentis jus in Domo, Turri, Casaleno, seu Cortina teneantur facere removeri Edificium, et separari quicquid per aliquam personam esset immissum, appodiatum, vel impositum intra octo dies postquam querelam receperit sine Libelli petitione. Et si quis suis expensis fecerit, vel fieri faciet aliquod Hedificium, vel Murum communem cum suo Convicino. Ipse Convicinus cujuscumque conditionis sit, teneatur, et debeat omni exceptione remota satisfacere medietatem omnium, et singularum expensarum factarum per ipsum Construentem, seu construi facientem Murum, vel Hedificium commune, non obstante si in ipso sit aliquid appodiatum, vel missum per se, vel alium, sed inspiciatur, quod Murus, vel Hedificium sit factum expensis unius Partis. Quo facto Potestas, Capitaneus, sive Rector, et ipsorum Judices, et quilibet ipsorum teneatur, et debeat pena 25. lib. den. In quibus si contrafecerit, debeant condemnari intra octo dies, postquam alter ipsorum querelam receperit sine strepitu, et figura Judicij, constringere principaliter illum, vel illos, in quorum Casaleno, vel Solo per suum Convicinum muratum, vel Hedificatum est ad recipiendum omnes expensas factas in medietate dicti Muri, sive Hedificij. Et si predicti Potestas, Capitaneus, sive Rector, et ipsorum Judices negligentes extiterint, quilibet ipsorum in dicta quantitate debeat condemnari, et de his absolutionem petere non possit. Et hoc Capitulum sit precisum, et valeat in presenti, preterito, et futuro. Item quod Hedificans cogere,

nec

nec convenire possit Convicinum suum, vel Consortem suum ut satisfaciat expensas Muri, vel Hedificij nisi tunc quando voluerit suum Hedificium ponere, seu aptare super dicto Muro. Item, quod si quis tenens juxta aliquam Turrim ruperit, vel fregerit in aliqua parte Murum ipsius Turris, vel Vadum, seu Fenestram fecerit, quod Potestas teneatur reactari facere Murum sumptibus, seu expensis Rumpentis, seu frangentis, vel Vadum, seu Fenestram quomodolibet facientis, nisi forte fuerit de voluntate, et licentia illorum, quorum esset ipsa Turris, vel majoris partis ipsorum talium Hominum.

Rub. XLVIII. pm̃ę partis Stat. Comunis.

De Rebus, quę tenentur concessę in Emphitheosim, & Canone solvendo.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis habuerit, vel habeat aliquam rem ad Scriptum, pro qua teneatur solvere Canonem, sive Censum, vel pecuniam alicui personę, et per spatium alicujus temporis non solverit, ipsam rem perdere non possit propter Canonem non solutum, sive Censum, dummodo velit solvere ipsum Canonem, sive Censum, vel pecuniam ante litem contestatam pro temporibus retroactis, pro quibus ~~latus~~ non solutis s̃c̃; quod si non fecerit cadat a jure suo; et si quis accepit, vel accepisset aliquam rem ad Scriptum habens Filium, vel Filiam Nepotem, vel Neptem descendentem usque in tertium gradum sufficiat cuilibet loco Masculorum habere Filios Fratris inde vel Neptes, et valeat ipsis Mulieribus non obstante Capitulo, quod loquitur, quod Mulier non possit venire ad Successionem, dummodo dictę suę Filię, vel Neptes solvant Censum, pro quo primus Emphiteota recepit ipsam rem, et hoc Capitulum, et omnia in eo contenta valeant, et teneant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro, et si non solverint Censum, res illa ad Dominum revertatur, et si quis vendiderit, vel alienaverit hujusmodi rem, tenea

30v

tur solvere Domino proprietatis pro libra qualibet pecuniæ 12. Denarios, et non plus, et Dominus rei pro ipsa quantitate librarum Scriptum facere teneatur, et si quis de tertia generatione decesserit pro tali moriente precium pro rata solvat, sicut contingeret pro persona defuncti de pretio in contractu contento, et nihilominus si ille, qui receperit Scriptum Filios Masculos non habuerit, Filiæ Feminæ, vel Neptes, aut Nepotes succedant ipsi Emphiteotæ, ita tamen quod in renovatione Contractuum solvat Domino, vel quasi Domino rei tantum quantum primus Emphiteota pro prima concessione solverit, et ipse Dominus, vel quasi Dominus contractum emphiteoticum renovare debeat, et teneatur, et si quis rem concessam, vel alienatam ad Scriptum alicui alij duxerit allocandam, talis concessio non valeat, nec habeat roboris firmitatem, et Potestas, Capitaneus, sive Rector ipsum primum Conductorem in possessione rei predictæ defendat, et defendere teneatur, et sine inquietatione aliqua comprobare. Et quicumque habet aliquam Domum, rem, seu possessionem ad Scriptum non perdat, nec perdere possit rem, nec a jure suo cadat per Canonem non solutum, sed solvere teneatur Domino rei secundum quod superius est expressum, et ad predicta omnia observanda Potestas, Capitaneus, et Priores Populi Civitatis Fulginiæ teneantur, et debeant personaliter accedere ad D. Episcopum Fulginiæ, et quoscumque alios dicentes se jus habere in re predicta Emphiteotica, et eos rogare pro parte ipsorum, et dicti Comunis, quod predicta observet, et faciat observari, cum sit consonum equitati. Et nihilominus dicti Officiales teneantur, et debeant vinculo juramenti, et pena 100. libr. denar. pro quolibet predictorum facere effectuare, eorum favorem, et auxilium exhibere, et predicta omnia integraliter observare, jubendo, quod nullus talem rem emat, nec possideat, nec laboret, nec litem suscipiat de re ipsa contra voluntatem primi Emphiteotæ, et Succedentium non obstante si gravatus contineatur in ipsa Emphiteosi

completa

completa, sic Domino succedat primus Emphiteota, et velit solvere Canonem, et recipere a Domino rei dictam rem Emphiteoticam, et si quis contra predicta fecerit, et rem sic concessam in prejudicium alicujus receperit, tenuerit, possederit, laboraverit, vel fecerit laborare, seu aliquod Instrumentum receperit, vel quando de ipsa re litem aliquam fecerit in 50. lib. denar. Communi Fulginie condemnetur, et nihilominus authoritate presentis Capituli, si quod jus in ipsa re quesierit cadat a jure suo, et eam, vel eas omnino perdat, et si quis in dicta re edificaverit, plantaverit, vel seminaverit primo Emphiteote applicetur, et si quis emit, vel emerit ab aliquo, vel alio titulo habuerit, vel tenuerit aliquam rem immobilem, et aliquis alius postea ipsam rem acceperit in Emphiteusim, vel ad Scriptum quam, vel ante dictum Scriptum, vel Emphiteusim tenebat, vel possidebat in 125. lib. denar. Communi Fulginie condemnetur, et primus Possessor, sive Emphiteota possit ipsum expellere sine pena, et banno, non obstante si non acceperit possessionem rei predicte, sed ostenso solummodo Instrumento Emphiteotico, salvo quod ipse primus Possessor, sive Emphiteota infra decem annos elapsos non possit, nec debeat ipsos, vel ipsum secundum Emphiteotam inquietare, vel molestare, si vero ipse secundus Emphiteota ceciderit ante finitos decem annos possit in Curia Communis Fulginei petere rem ab ipso possessam sibi adjudicari, et possit tunc in dicta Curia Communis Fulginie petere, et agere via ordinaria.

Rub. XLVIIII. p̄me partis Stat. Comunis.

Quod nullus recipiat ad Scriptum aliquod Casalenum, in quo quis habeat Edificium, & de pena recipientium.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis receperit, vel recepisset in Emphiteusim, vel ad Scriptum a Domino, vel quasi Domino aliquod Casalenum, in-

quo haberet aliquis Edificium in parte, vel toto, quod talis locatio non valeat, nec teneat in prejudicium illius, qui Edificium habet in tali Casaleno in parte, vel toto, et quod Potestas faciat dequassare Instrumentum dicte locationis ad petitionem illius, qui Edificium haberet in tali Casaleno in totum, vel in parte, et si Potestas negligens fuerit in predictis, perdat de suo Salario 100. lib. denar., et hoc Capitulum, et contenta in eo valeant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro, et ille, qui tale Casalenum acceperit in 100. lib. denar. Comuni Fulginij condemnetur, et quilibet Litteratus, vel alia quecumque Persona, que tali conductori prestaret patrocinium in dicto Banno debeat condemnari. Talis retinens hedificium in Casaleno predicto in toto, vel in parte de Tenuta ipsius Casaleni non possit, nec debeat accusari, nec condemnari, et Potestas predicta omnia exequi facere teneatur ad petitionem cujuscumque p̄sentis, et si non fecerit, in dicta quantitate possit, et debeat condemnari.

Rub. LVII. p̄me partis Stat. Comunis.

De Tutore, & Curatore dando Pupillis, & Adultis.

Item dicimus, et ordinamus, quod Pupilli, et Adulti sive Masculi, sive Femine non habentes Tutorem, vel Curatorem, si vocati fuerint ad judicium, et non venerint coram Judice, teneatur, et debeat Judex congregare proximiores Consanguineos ex parte Patris, et Matris ad Tutelam, sive Curam faciendam, et ad ipsorum Pupillorum, et Pupillarum, et Adultorum, et Adultarum causas, seu negotia detur Pupillo, seu Pupillis Tutor, et Adulto, seu Adultis Curator magis idoneus, videlicet illum quem Adultus petierit magis idoneum. Et quod contra Pupillos, vel Minores non habentes Tutorem, vel Curatorem, non procedatur. Et si processum fuerit, processus ipse non valeat ipso jure.

Rub.

Rub. LVIII. pmę partis Stat. Comis.

De Curatore dando illi, qui malè fecerit facta sua.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis malè fecerit facta sua. Et ipsius Cognati, et Agnati, vel major pars ipsorum venerint coram Potestate, Capitaneo, seu Rectore, vel eorum, aut alterius ipsorum Judicibus, aut Judice. Qui sint numero tres proximiores Consanguinei, vel Affines ad minus, si habet talis malè faciens facta sua. Et petant in Comuni concordia tali eorum Consanguineo male facienti facta sua coram dictis Judicibus, vel altero eorum dari Curatorem ad administrandum bona sua, ejusque pertractanda negotia, et causas. Et jurent ad Sacra Dei Evangelia tactis corporaliter scripturis predicta animo calumpn. non petere, sed bona fide, et sine fraude. Que petitio ipsa pro plena sufficienti, et legitima probatione habeatur talem, de quo petitum fuit modo predicto prodigum esse, et male facientem facta sua. Et quod Potestas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Judex, et Officiales, et quilibet eorum, coram quo petitum fuerit, teneantur, et debeant vinculo juramenti, et pena 25. libr. denar. pro quolibet de eorum Salario Comuni Fulginei applicand. tali prodigo male facienti facta sua administrationem suorum Bonorum interdicere, et sibi Curatorem dare in tres dies postquam petitum fuerit ad omnia supradicta secundum petitionem dictorum suorum Consanguineorum. Et infra dictum terminum preconizari facere per Civitatem Fulginei in locis consuetis, quod nulla Persona cum tali Prodigo, et male facienti facta sua ulterius contrahat. Et dictum bandimentum fieri debeat ea die, qua oblata fuerit dicta petitio, tamen facto juramento predicto per dictos Consanguineos. Et ex tunc a dicto bandimento facto in antea nullus cum dicto Prodigo, et male facienti facta sua contrahat, nec dictus Prodigus contrahere possit, nec in Civili Judicio interesse sine presentia dicti sui Curatoris. Et si

aliquem Contractum cum aliquo a dicto bandimento facto in antea fecerit, aut
in Judicio steterit aliter quo modo predicto, non valeat ipso jure, etiam si pre-
ceptum guarentigie esset quomodocumque appositum in ipso Contractu. Et Po-
testas, et Capitaneus, et quilibet eorum, eum, vel eos, qui contrafecerint in pre-
dictis in contrahendo cum tali Prodigo post dictum bandimentum factum
in tanta quantitate, quanta continentur in Contractu facto dicto Communi
solvendo debeat condemnari, nisi presentia, et consensus predicti sui inter-
venerit Curatoris. Et nullus Notarius de Civitate Fulginei talem Contractum
faciendum cum tali Prodigo sine presentia sui Curatoris scribere audeat, vel
presumat ad penam sibi arbitrio Potestatis tollendam. Et quod dicti Potestas,
Capitaneus, seu eorum Judices teneantur facere inquisitionem infra unum
Mensem a principio eorum Regiminis per Civitatem Fulginei de hujusmo-
di Prodigis, et male facientibus facta sua. Et de hijs facere unum Inventa-
rium, et facere banditi publicè, ut nullus cum dictis Prodigis contrahat sine
licentia sui Curatoris, ut Homines sciant, et se possint a dictis penis cavere.
Et cura facta tali Prodigis secundum quod superius est expressum, et admi-
nistratio facienda per dictum Curatorem datum modo predicto dicto Prodigo
valeat, et teneat, et non possint impediri, nec obstare, si talis Curator de Bo-
nis Prodigi Inventarium non fecerit, vel fecisset. Et si quis Prodigus, vel ma-
lè faciens facta sua vendidit, donavit, vel aliquem Contractum fecit, vel fece-
rit in futurum de aliqua re mobili, vel immobili, postquam sibi datus fuerit
Curator, vel postquam sibi per bandimentum fuerit bonorum administratio in-
terdicta: Potestas, Capitaneus, sive Rector, vel Judices ipsorum, vel alterius
ipsorum ad requisitionem Curatoris ipsius Prodigi recepta probatione, quod res
pertineant, seu pertinuissent ad ipsum Prodigum, et male facientem facta sua.
Quilibet ipsorum Officialium, coram quo petitum fuerit, faciat rem per eum
venditam, vel donatam, vel alio modo alienatam sine presentia, et consen-

su

su dicti Curatoris ipsi Prodigo restitui facere a quocumque possessore, et contractum factum per dictum Prodigum sine dicti sui Curatoris presentia facere destrui, et devastari cum effectu, absque libelli petitione, seu oblatione, et Litis contestatione, et Juramento callum., et omni judiciario ordine pretermisso. Viso tamen primo Bandimento facto, quod nullus contrahat cum dicto Prodigo, dummodo Possessor habeat regressum contra illum, qui ipsam rem habuerit a tali Prodigo, et male facienti facta sua. Cui Possessori eodem modo subveniatur. Et quod in illo casu etiamsi juramentum intervenerit nec Prodigus, nec ejus bona in aliquo Contractu, vel promissione sine presentia dicti sui Curatoris post factum dictum bandimentum alicui aliqualiter obligetur. Et si aliquis voluerit ad Judicium trahere aliquem ex predictis Prodigis, quod debeat facere citari Curatorem, et ipsum convenire pro ipso Prodigo. Et si aliter fieret, Citatio, et Processus non valeant ipso jure, et quod factum fuerit debeat retractari nullo facto deposito. Et si Instrumentum appareret esse confectum post interdictionem factam, ut est superius declaratum, et si in ipso precepto quarentitie contineatur Judicium ipsum si factum esset sine presentia dicti Curatoris Prodigi executionem mandare non debeat, nec possit. Immo teneatur, et debeat cogere ipsum Creditorem facere finem, et quietationem ipsi Prodigo, vel ejus Curatori. Et ad probandum prodigalitatem, quam quis probare vellet aliter quam per tres Consanguineos secundum modum supra narratum sufficiat probatio unius Testis de veritate dicenda, et visu, et duorum Testium de publica fama. Et si Testis diceret, quod vidit talem Prodigum ludere ad gardum, quod de pena ludi non possit procedi, nisi Confessem haberet ad dictam confessionem, seu visum. Et super predictis omnibus Potestas, Capitaneus, et eorum Judices, et quilibet eorum possint, et debeant omnia, que fore viderint, et expedierint facienda ex eorum officio exercere.

Rub. LX. p̃me partis Stat. Cõmis
De Conductoribus Terrarum, & Vinearum.

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque duxerit, seu habuerit Terram, vel Vineam ad coptimum, vel laboritium, vel Domum ad pensionem ab aliquo teneatur, et debeat finito tempore locationis ipsam Terram, vel aliam rem locatam Dño, vel quasi Dño rei relinquere, vel etiam locatori dimictere, et relinquere ipsam rem locatam liberam, et absolutam, et ab inde in antea ad eam redire non possit, nec in ea Dnum molestare. Et si talis Conductor eam non dimiserit, et contra predicta fecerit, et finito tempore, si Dñus rei, vel locator in ea molestaverit in 100. f. denar. Cõi Fulginei condemnetur. Et liceat Dño, vel quasi, et etiam locatori sua auctoritate reintrare Tenutam, et Possessionem dicte rei locate sine pena, et bando, et cepas groci extrahere, si que essent in ea. Et quod ipsi Conductores teneantur, et debeant Terras locatas, et per eos conductas bene laborare, et colere toto tempore, quo ipsas tenuerint, quod si non fecerint, seu fieri fecerint, liceat Dño, vel locatori, seu Jus habenti reintrare Tenutam, et Possessionem dicte rei locate sine pena, et bando, dummodo quod antequam Conductor discedat de possessione, vel quod eam relaxet rei conducte, debeant eligi duo homines amici comunes, qui debeant cognoscere de jure Conductoris, et diffinire. Et donec dicto Conductori de interesse fuerit satisfactum, prout ipsi Arbitri diffiniverint, Conductor ad relassandum eam nullatenus teneatur. Et idem dicimus de hijs, qui conduxerint Terras, ad pastinandum. Et teneantur ipsi Conductores illis, a quibus receperint Terras, vel Vineas ad affictum dare idoneam cautionem de petitione ipsorum de non removendo fructus, vel cepas groci, que, vel qui essent in dicta re locata, nisi primo Locatori satisfecerit de affictu. Et si quis contra predicta fecerit in 100. f. denar. Cõni Fulginei condemnetur. Et si quis constituerit se res aliquas nomine alterius possidere, et tenere, et possessionem, seu fructus

ctus ipsius vendiderit, vel donaverit sine conscientia illius, cujus esset res, seu
fructus ipsius rei, liceat illi, cujus nomine se constituit possidere, vel suos heredes
post completum terminum, seu tempus reintrare Tenutam, et possessionem ipsius
rei, et ipsa uti sine pena legis, et Curię. Et Potestas ad petitionem Locatoris, vel
hered: ipsius faciat ipsum Locatorem, vel ejus heredem in possessionem ipsarum rerum
induci sine aliquo salario, exceptione aliqua non obstante, sed solummodo ostenso
Instro precarij, sive ille, qui constituit se pro aliquo possidere possideat, seu non.
Et predicta vendicent sibi locum in coptimum Terrarum, et Vinearum, et in rebus
ad possessionem datis, de quarum fructibus venditio facta esset in fraudem Conducto-
ris, aliqua lege, et capitulo non obstante. Et postquam Dnus proprietatis, vel quasi
dedit, concessit, vel locavit aliquam rem ad fructum, sive coptimum ex predictis
rebus ad certum tempus nullo modo talis Conductor sine voluntate Locatoris jus
suum alicui alij concedere possit. Et si quis contrafecerit in 100 £. denar. Comi
Dulginei condemnetur. Et ipsa locatio per Conductorem facta sine voluntate
Locatoris, non valeat, nec teneat. Et hoc locum habeat, et valeat in presenti, pre-
terito, et futuro. Et si quis locaverit, vel locavit aliquam Domum alicui pro tri-
bus annis, vel majori spatio temporis. Et talis Locator vendere voluerit ipsam Do-
mum, quod possit eam libere absque aliqua Conductoris jurisdictione, vel ratione serva-
ta vendere sine pena, et bando, et dummodo eam malitiose non vendat, et quod Jus
Conductoris semper sit salvum, adeo quod si per Conductorem, vel alium pro eo esset
locatori aliquid pro pensione solutum ultra quod deberetur, quod talis Locator ei-
dem Conductori de soluto ultra id quod debetur, semper in omnibus teneatur, et
ad possessionem ipsius ipsi Conductori compellatur de facto. Si vero talis Locator
Domum locatam venderet malitiose, et in fraudem Conductoris. Ordinamus, et
dicimus, quod venditione hujusmodi non obstante, rem conductam, et ipsam Do-
mum usque ad completum tempus locationis sine pena, et banno possit, et liceat
retinere. Et nihilominus talis Locator ipsam Domum in fraudem vendens in-

100. ƒ. denar. Comi Fulginei condemnetur. Et liceat Dño, vel quasi rei locatæ ipsam rem in suo melioramento vendere, seu pro sua necessitate, dummodo satisfiat Conductori de jure suo, et meliorationem, quam fecisset in re predicta conducta ad laborantium ad voluntatem duorum Amicorum, vel Consanguineorum, qui communiter a dictis partibus eligantur. Item quod Emptor cujuscumque rei alteri locatæ non possit intrare ipsius rei per eam emptæ tenutam, nec eam possidere, si ipsius emptionis res ipsa teneretur per aliquem Conductorem, nisi primo ipsi Conductori sit satisfactum de jure suo, secundum declarationem faciendam per duos Consanguineos, vel Amicos communes. Et quod ad petitionem Conductoris teneatur tam Venditor, quàm Emptor jurare ipsam venditionem non esse calumniose, nec in prejudicium juris ipsius Conductoris factam.

Rub. LXI. pmæ partis Stat. Comis.

De Laboratoribus Terrarum, & Vinerum.

Item dicimus, et ordinamus, quod laborationes Terrarum, et Vinearum teneantur, et debeant Locatores, si vivent, sin autem heredes ipsorum requirere, quando fructus rei locatæ de ea voluerint removere tempore congruo recollectionis fructuum, et reddere Locatori, vel ejus heredibus partem contingentem de blado canipa, et lino, et alijs fructibus in Campo, si Dnus rei locatæ voluerit ipsam partem in Campo reaccipere, et si non in Area, vel saltem ad aliam locum, secundum quod actum ex pacto extiterit inter eos dicta semper requisitione premissa. Et quod de blado, canipa, lino, Vino, vel uvis non possint dare Messoribus, Carpitoribus, vel Vendemiatoribus, nec alijs quibuscumque personis de illis possessionibus, que jacent ad laboritium sine voluntate Locatoris, vel heredum ipsius. Et si quis contrafecerit in tribus lib. den. vice qualibet Comi Fulginei condemnetur. Salvis pactis factis inter Contrahentes. Et si aliquis Conductor alicujus rei negaverit Dño proprietatem rei sic locatæ ad pensionem, coptimum, vel affictum ipsi Locatori Dño, seu Locatori ejus pertinere in 10. lib. denar. Comi Fulginei condemnetur

dempnetur. Et liceat D.no, vel Locatori sua auctoritate reintrare Tenutam, et possessionem ipsius rei. Et ipsi Conductores teneantur, et debeant primo bactere Bladum, et incigliare Canipam, et Linum, et vendemiare Vineas, et alios fructus actare rerum, et possessionum conductarum per eos quantum rerum, et possessionum propriarum ipsorum Conductorum. Et qui contrafecerit solvat bannum XL. s. den. pro qualibet vice. Et debeant ipsas Terras, Vineas, et possessiones colere, secundum pacta inhita inter Conductores, et Locatores.

Rub. LXII. p.me partis Stat. Comis.

De Ædificijs pendentibus super Domum, & Ædificia aliena.

Item dicimus, et ordinamus, quod si Murus Domus, vel aliqua alia res alicui steterit, seu penderet super Domum, Casalenum, vel Ædificium alicujus, seu aliquorum Viciniorum ipsa superapprehensio, vel appodiatio in nullo prejudicet alicui, de cujus Casaleno, Domo, vel Ædificio apprehensum fuit, vel appodiatum illi; versus quem appodiatio facta esset aliqua prescriptio temporis etiam 30. annorum illi, de cujus Domo, Casaleno, vel Ædificio apprehensum fuerit, vel appodiatum non prejudicet. Et Potestas, et Capitaneus, et eorum Judex, et Officiales teneantur, possint, et debeant eorum quilibet de talibus questionibus cognoscere, et ipsas diffinire summarie sine libello, et incommoramentum facere elevari, et removeri a terra usque ad celum. Et si quid fuerit superapprehensum, vel appodiatum, aut appositum supra Domum, Casalenum, vel Ædificium alicujus. Et si in Teynata, vel via vicinali, seu Strata publica, seu Via aliquid fuerit appodiatum, seu Columpna de ligno erecta, seu ficta fuerit, que impedimentum prestaret in continenti faciant elevare, et removere ita quod Civicini, nec aliquis alius in eundo, vel redeundo aliquod impedimentum inde habeant. Et Potestas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Judex, et quilibet eorum infra octo dies

postquam querelam habuerint, teneantur facere elevare, et removere sine libelli petitione, et oblatione, et juramento callupn. Et quicumque tenet Muros Cõis Fulginei, et tenuerint aliquam rem Cõis per quodcumque tempus, ipsa tenuta, et possessio occasione alicujus prescriptionis temporis Cõi Fulginei in aliquo non prejudicet. Et predicta valeant, et teneant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

Rub. LXIII. p̃me partis Stat. Co͂mis.

De Denunptiatione novi operis.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis edificaverit in aliquo loco, vel edificari fecerit, et aliquis denunptiaverit novum opus per jactum lapillorum, vel alio modo legitimo Potestas, Capitaneus, vel Judex Causarum Civilium Cõis Fulginei teneantur mictere pro tali denunptiatione ad petitionem Construentis novum opus, et ipsum cogere ad recipiendum fidejussores ab ipso Construente de removendo edificata expensis ipsius Adificantis, si Denunptiator probaverit in unum Mensem Murum edificatum esse injustè. Et si non probaverit in unum Mensem computandum a die receptionis ipsorum fidejussionis, seu dationis Adificatorem injustè edificasse, talis denunptiatio sit cassa, et vana, et pro nulla habeatur. Et propterea talem denunptiatorem illud quod edificatum est vitiari non debeat, nec possit. Et si talis denunptiator recusaverit, vel contempserit dictos fidejussores recipere quod dicti Officiales, et quilibet eorum, coram quo ipsa questio verteretur, teneantur, et possint ipsos fidejussores recipere nomine dicti denunptiatoris a dicto Adificante, et talis receptio valeat, et teneat, ac si facta esset per dictum Denunptiatorem, et ex tunc possit edificare, non obstante denunptiatione predicta. Item quod nullus possit, nec debeat apprehendere de Strata, Burgo, vel Via edificando de novo in terreni, et reparando, vel superappendendo ultra id, quod de jure debere teneat ad penam XXV. lib. den. Co͂mi Fulginei applicand.

Et

Et Potestas teneatur facere destrui sic superapprehensum ad petitionem cujuscumque petentis infra octo dies postquam sibi fuerit denunptiatum. Et si aliquis extraxerit, vel devastaverit aliquam suam Domum, vel partem Muri, et ipsum edificare inceperit, aut voluerit, et in ipsa edificatione apprehenderit de via, vel Strata Cois Fulginei, amplius non possit plusquam in destructione, et in devastatione dicti Muri, seu Parietis reapprehendere ad penam predictam. Et Burghus strictus, qui esset inter Domum suam, et Convicinorum suorum per aliquem stringi, nec edificari in eo, vel apprehendi possit, aut impediri. Et Potestas, Capitaneus, sive Rector, aut eorum Judex, et quilibet eorum, coram quo petitum fuerit infra octo dies, postquam querelam habuerit, totum illud, quod superapprehensum, vel edificatum invenerit facere relassari, et Burghum reduci amplum, et in pristinum Statum ad petitionem cujuscumque petentis. Teneantur etiam dicti Officiales, et quilibet eorum ad petitionem cujuscumque petentis ille, coram quo petentur personaliter accedere ad ipsum locum, et videre ipsam Stratam, et viam, seu Burgum, et hujusmodi superapprehensum semel, et pluries, et quotiens opus fuerit. Et faciant devastari quicquid superapprehensum fuerit, et ipsam Stratam, Viam, et Burgum ad Statum pristinum reduci faciant cum effectu. Et si Potestas, Capitaneus, vel ipsorum Judices in predictis fuerint negligentes quilibet ipsorum perdat de suo Salario XXV. lib. denar. in quibus quolibet ipsorum contrafaciens debeat condempnari. Et si aliquis denunptiaverit alicui novum opus per jactum lapillorum, ipsam denunptiationem facere teneatur, et debeat coram Constructoribus novi operis, vel alicujus de familia Construentis, vel coram illis, qui laborant in ipso opere. Et si aliter fieret, ipsa denunptiatio non valeat, immo sit cassa, et vana, et pro nulla habeatur. Item quod si quis injustè denunptiaverit novum opus, et de suo jure, et prejudicio non probaverit infra Mensem, quod Edificans, et si injustè edificaret, edificet, et edificare possit, et talis Denunptiator

in Centum ſ. denar. Comi Fulginei condemnetur. Et hoc Capitulum, et contenta in eo valeant, et teneant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

Rub. LXIIII. p^me partis Stat. Comis

De emancipatione facienda, & modo in ea servando.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis voluerit emancipare Filium suum, vel aliquem quemcumque, quem haberet in potestate sua, primo debeat illum volentem emancipari facere scribi in Libro Comis Fulginei, et scriptus in Libro faciat in Consilio q̄uali denuntiare emancipationem, quam de tali scripto in Libro Cōis Fulginei facere intendit nec talis emancipatio fieri valeat in preiudicium Cōis Fulginei. Et Pater teneatur dare Filio partem de omnibus Domibus ad ipsum tangentem, si Domus commode dividi possunt, et si aliter dicta emancipatio fieret, nisi in dicto Consilio, non valeat in prejudicium Comis Fulginei. Et hoc valeat in presenti, preterito, et futuro, et nullus presumat dicere in Consilio talis emancipatio vult fieri, nec nominare ipsam emancipationem, nisi primo talis emancipandus reperiatur scriptus in Libro Comis Fulginei. Et qui contrafecerit in XL. ſ. Comi Fulginei condemnetur, et quilibet possit Contrafacientem accusare. Et si Filiusfamilias male gesserit negotia sua, Pater, vel Mater possit venire coram Potestate, vel Judice Malleficiorum Comis Fulginei. Et talis Filius male gerens negotia sua constringatur a Potestate, vel Judice Malleficiorum ad recipiendum emancipationem ad petitionem Patris sui. Et si Pater male gesserit facta sua, et Filiorum, quod Filij, vel Filius possit coram d.^{to} Potestate, et Judice petere, quod Pater ipsos Filios, vel Filium debeat emancipare, et dare sibi, vel eis partem contingentem de Bonis suis. Et Potestas, et Judex Malleficiorum possint, et debeant talem Patrem male agentem negotia sua, et Filiorum constringere ad petitionem Filij, vel Filiorum ad emancipandum eos, vel eum,

et ad

et ad dandum ei, vel eis partem contingentem de omnibus Bonis suis. Et si dicti Potestas, vel Judex Malleficiorum in predictis fuerint negligentes, ipsorum quilibet in 50. libr. denar. Comi Fulginei debeat condempnari. Et si aliqua emancipatio facta fuerit violenter, et voluntariè, servata tamen dicta forma in presenti Statuto contenta, valeat, et teneat, et plenam habeat roboris firmitatem, ac si voluntariè, et juridicè facta esset, et cum voluntate utriusque, scilicet Emancipati, et Emancipantis in etate legitima non fuisset, Capitulo Statuti, vel lege aliqua loquente in contrarium non obstante. Pars autem danda, et Emancipato tradenda intelligatur hoc modo, videlicet, quod secundum formam Statuti loquentis, quod Pater teneatur pro Filio in Malleficijs. Et in omnibus liceat emancipare Filium male facientem negotia sua, et dare sibi partem de Bonis, quam ipse Pater tali Filio male facienti facta sua dare voluerit, et aliam partem habere non possit, nec plus de Bonis Patris petere, nisi illam, quam dictus suus Pater dare voluerit sibi. Et sic dare, et recipi volumus dictam partem, prout dictum est. Et si Filij, vel Filię alicujus male facientis facta sua essent ita parvi, quod nescirent emancipationem petere de eis fieri. Quod Potestas, et ejus Judex coram quocumque petitum fuerit tales Minores emancipari facere ad petitionem proximioris Consanguinei petentis. Et talis emancipatio facta ad petitionem propinquorum valeat esto quod non fuerit servata forma predicta. Et quod pro Malleficio Patris tales Minores emancipati non possint inquietari, nec constringi. Et si aliquos Filios, vel Filias emancipaverit, quod de tali emancipatione Camere Comis Fulginei teneatur facere scribi copiam in Libro Comis Fulginei. Qui liber per ipsam Cameram fiat, et in ipso libro scribantur omnes emancipationes, quę fierent, et nomina omnium Emancipatorum.

Rub. LXV. pimę partis Stat. Comis.

De Relictis, & ultimis Voluntatibus satisfaciendis, & etiam de male ablatis.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis in suo Testamento, vel ultima voluntate mandaverit, aut disposuerit, quod si Legatarij, vel Fideicommissarij restituant Usuras, vel male ablata. Quod si Fideicommissarij Legatarij, ac Heredes ipsius relinquentis, aut mandantis ipsas Usuras, vel male ablata restituere teneantur secundum voluntatem, et dispositionem ipsius Testatoris. Et si ipsam restitutionem facere ommiserint, et recusaverint in XXV. lib. denar. Comi Fulgi- nei condempnetur. Et talis confessio facta in Testamento, vel Codicillis non pos- sit modo aliquo revocari, immo ipsa confessio executioni mandetur per Potestatem, et ejus Officiales, ac si in Judicio legitimè facta esset. Et quod Notarius, qui scri- pserit Testamentum, seu Codicillum, in quo predicta confessio facta esset, ipsam confessionem dare teneatur cuilibet petenti ad penam 10. lib. denar., in quibus si contrafecerit penitus debeat condempnari. Et Potestas, et Capitaneus, et eorum Judices, et Officiales, et quilibet eorum teneantur, et debeant Heredes legatarios, et fideicommissarios ipsius Testatoris cogere ad adimplendum, et satisfaciendum vo- luntatem Testatoris in omnibus, et per omnia. Et Notarius, qui tales Scriptu- ras habuerit cogatur a Potestate, et ejus Officiales ad dandum ipsas Scripturas cuilibet petenti, habito jure suo, ita quod voluntas Testatoris adimpleatur, ali- qua prescriptione temporis non obstante. Et nullus possit publicè, vel occul- te in predictis dictis heredibus fideicommissarijs, executoribus, vel legatarijs ali- quod impedimentum publice, vel occulte ad penam XXV. lib. denar. Et si aliquis abstulerit, vel furatus fuerit, vel occupaverit de bonis, et rebus alicujus Testatoris. Potestas, et Capitaneus, et Officiales teneantur, et debeant tales oc- cupantes fures, vel Invasores constringere ad restituendum occupata, et apprehen- sa, et reponendum in locum suum, seu in statu, in quo erant antea apprehen- sionem, seu invasionem predictam. Item quod nullus Notarius debeat movere aliquem volentem facere Testamentum, et in eo volentem ponere, vel relinque- re Usuras, vel male ablata, ut predicta non relinquat, aut ponat in dicto Te-

stamento. Et si quis contrafecerit puniatur, et condemnetur vice qualibet in 10. lib. den. Comi Fulginei applican. Et hoc locum habeat in qualibet parte sua, et in qualibet membro presentis Capituli, et in presenti, preterito, et futuro, nullo alio Capitulo obstante. Item in Testamento condendo in Communitate Fulginei sufficiant quinque Testes.

Rub. LXVI. pme partis Stat. Comis

Ut nulla persona cogatur ad testandum.

Item quod nihil est quod magis hominibus debeatur, quam supreme voluntatis liber sit stilus, et licitum postquam non redijs arbitrium. Spiritus enim dicitur homo vadens, et non rediens. Et ideo ejus suprema voluntas debet esse libera, et pro lege servari. Statuimus igitur, quod nulla persona audeat, vel presumat aliquam personam cogere ad testandum, vel per testationem supremam voluntatem contra voluntatem Testantis facere confici, vel fieri, nec debeat aliqua persona dare aliquod impedimentum alicui volenti testare, seu quamcumque aliam ultimam voluntatem condere. Et si aliqua persona contrafecerit privetur omni commodo, quod posset consequi, et consequi deberet ex successione qualibet quam faceret, seu facere posset dicto volenti testari, seu contra voluntatem Testantis ex cohatione quam aliquis faceret. Et nihilominus puniatur, et condemnetur in 100. lib. den. Comi Fulginei applican.

Rub. LXVII. pme partis Stat. Comis.

De ratione reddenda per Tutores, & Curatores Pupillis.

Item quod Pupillis, et Adultis debeant esse in justitia Fautores, et providere pro posse, cum ipsi sibi providere non possint, ne ipsorum facultas, et bona per ipsos Tutores, et Curatores dissipentur. Statuimus, quod quilibet Tutor, et Curator teneatur, et debeat omni Anno reddere rationem Tutele, et Cure, quam administravit, et gessit. Et si in reddendo rationem inventus fuerit Curam, vel

Tutelam male adminiſtraſſe, amoveatur a Tutela, vel Cura, quam geſſit, et alius loco sui ſubſtituatur idoneus. Et Adultum, vel Pupillum dictus male adminiſtrans conservet indemnem, et sibi, et suo Tutori, vel Curatori ſubſtituendo reliqua reſtituat, et nihilominus condemnetur Comi Fulginei pro fraude, seu mala geſſione in XXV. lib. den., etiam ratio reddi debeat infraſcripto modo videlicet; In presentia quatuor Consanguineorum propinquorum dicti Adulti, vel Pupilli ex parte Patris et Matris. Qui jurare cogentur per Judicem Malleficiorum dictam rationem audire, et facere bona fide pro dicto Adulto, vel Pupillo, et referre in Scriptis dicto Judici secundum quod invenerit infra unum Mensem a die preſtiti juramenti ad penam XXV. lib. den. pro quolibet ipsorum. Quorum relationi in Scriptis date stetur, et habeatur pro legitima probatione. Qua recepta Judex teneatur procedere ad omnia supradicta, et etiam condemnetur sine aliqua alia probatione, et accusatio Denumptiatoris, sive Proceſſus, et ipsa Sententia valeat, ac si eſſet omnis juris, et judicij ordo plene servatus. Et a dicta Sententia nulli liceat appellare, nec de nullitate opponere, nec quomodolibet retractare, sed infra decem dies executioni mandetur, exceptione, seu petitione aliqua non obstante.

Rub. LXXII. pimę partis Stat. Comis.

De hijs, qui dubitaverint, ne aliquis habeat aliqua Jura occulta in aliqua poſſeſſione, quę forma servetur.

Item dicimus, et ordinamus, ut malitijs hominum, prout est poſſibile, obvietur, quod si aliquis, vel aliqua persona dubitaverit de aliquo, vel aliquibus, ne imposterum de aliqua, seu aliquibus rebus sibi lix, seu queſtio aliqua moveatur per aliquem, seu aliquam, de quo, seu de qua dubitaretur. Poteſtas, et ejus Judex teneantur, et debeant ad petitionem cujuscumque petentis statuere terminum certum tali, seu talibus, de quo dubium haberetur ad agendum, et petendum quicquid vellet, seu vellent de Bonis, et super Bonis talibus illius, seu illorum, et illarum,

rum, qui, seu que dubitarent, et ad introducendum omnia sua Jura, et Instrumenta quecumque. Et si non fecerit, seu non fecerint, et ipsorum Instrumenta, et Jura non introduxerint, vel introduxerit in ipsum terminum ei, vel eis statuendum, et statutum, seu assignatum, Potestas, et ejus Judex, coram quo fuerit postulatum, teneatur, et debeant vinculo juramenti, et etiam possint auctoritate presentis Capituli tali, seu talibus, de quo, seu de quibus dubitaretur, silentium perpetuum imponere de Bonis, seu in Bonis predictis. Et si postea aliquod Instrumentum producere vellet, vel aliquid de suo jure proponere, minime audiatur, vel intelligatur. Sed ipsa Instrumenta, Jura, et Processus inutilia habeantur, et sint auctoritate presentis Capituli ita quod ex eis ulterius agi, vel excipi non possit. Item quod ad petitionem Emptoris alicujus rei Potestas, et sui Officiales possint, et debeant facere pronunciari per Banditores Comunis Fulginii per loca publica, et consueta dicte Civitatis. Quod si aliquis vult petere, vel dicere, vel aliquod Jus habere in dicta re, seu rebus sic emptis, quod debeat comparere coram dicto Potestate, seu ejus Judice ad dicendum, opponendum, et monstrandum quicquid vult in quintam diem, et tribus bandimentis sic factis cum termino quinque dierum pro quolibet bandimento, de cetero non audiatur, nec possit Emptor in aliquo molestari. Salvo quod si veniens postea probare potuerit bandimenta predicta legitime ignorasse, quod audiatur in proprietate dicte rei empte, ostenso de legitima ignorantia, et dicta bandimenta sibi in aliquo prejudicare non possint. Et presens Capitulum sit precisum, et truncum in aliqua parte sui cui nullum aliud Capitulum antea, vel retro positum contradicat, nec possit eum in aliquo derogare. Dummodo quod si talis, seu tales, de quo, vel quibus dubitaretur, fuerit, vel fuerint presentes, detur eis terminus per eumdem Potestatem, seu ejus Judicem decem dierum. Si vero fuerit absens, detur terminus tali absenti, vel absentibus unius Mensis. Si vero fuerit exbanditus, seu exbanditi possit, seu possint per Procuratorem legitime respondere. Salvo

quod, si ille, vel illi, de quo, seu quibus suspicaretur, vel dubitaretur, dicerent illum talem, ad cujus petitionem citatus esset, non habere jus in ea, quod tunc Judex, coram quo predicta peterentur, dare debeat dilationem utrique Parti ad probandum de Jure suo. Et qui melius probaverit de Jure suo, illi per ipsum Judicem adjudicetur.

Rub. LXXIII. pmę partis Stat. Comis.

Quod nulla Statuta, seu Ordinamenta fiant contra libertatem Ecclesię.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Statuta tam Populi, quam Comis Fulginei, vel aliquod Capitulum ipsorum Statutorum, et ordinamentorum Civitatis Fulginei essent, vel esse viderentur contra libertatem Ecclesię Romanę. Quod ex nunc denunciamus ipsa talia Statuta, et Ordinamenta facta in quocumque Volumine Statutorum tam Populi, quam Comis reperta contra libertatem Ecclesię, cassa, irrita, et nullius valoris, et ex nunc pro cassis, irritis, et nullius valoris penitus habeantur.

Rub. LXXIV. pmę partis Stat. Comis.

Quod nulla Capitula, seu Stantiamenta fiant, seu fieri possint contra Statuta, provisiones, & Ordinamenta Civitatis Fulginei.

Item dicimus, et ordinamus ad manutenendum, et conservandum libertatem, et jurisdictionem Comis, et Populi Civitatis Fulginei. Statuimus, et ordinamus, et presenti Edicto firmamus, quod contra Statuta, Ordinamenta, provisiones, et reformationes Comis, et Populi Civitatis predictę non possint fieri, nec modo aliquo celebrari aliqua Ordinamenta, Capitula, seu pacta per Homines alicujus Artis Matriculę, seu Societatis Civitatis, et Districtus Fulginei, et facientes contra condemnentur per Potestatem, et Capitaneum Comis Fulginei

nei vice qualibet in 100. lib. denar. Perusinorum, et pacta, et ordinamenta predicta non valeant ipso jure, etiam si extiterint aliquatenus approbata.

Rub. LXXV. pme partis Stat. Comis.

De in Jus vocando, & qualiter debeant fieri Citationes.

Item ut occurratur malitijs, et fraudibus obvietur, quas circa Citationes reperimus hactenus esse commissas, unde aliqui absque culpa indebite dampna gravia incurrerunt, ne imposterum similia perpetrentur presenti lege firmamus. Quod omnes, et singule Citationes imposterum fiant modo, et forma infrascriptis videlicet. Quod in Causis Civilibus in qualibet actu sufficiat unica citatio personaliter facta de Citato, dummodo in relatione appareat de nomine, et pronomine Citati, et de actu ad quem sit citatus, et ad quod Banchum, et de loco in quo stabat citatus tempore Citationis, et ad cujus petitionem, et de tempore, in quo debeat apparere, in quo termino si citatus non comparuerit, ex tunc Judex, coram quo citatio facta fuerit, possit procedere ad tenutam dandam, vel ad extendiendam, prout causa, pro qua citatio facta fuerit exigit, et requirit secundum formam Statuti Civitatis Fulginei ad quemlibet actum, ad quem fuerit citatus, ipsius contumacia non obstante, procedi possit. Si vero Citandus personaliter inventus non fuerit, non possit propter unicam citationem procedi per aliquem Officialem Civitatis Fulginei ad bannum, vel ad tenutam dandam, nisi reus fuerit diversis diebus una, et secunda citatione perhemptorie citatus ad domum in qua habitaret tempore Citationum predictarum. In singulis autem alijs actibus, qui occurrerint in Causis sufficiat unica citatio facta ad domum proprie habitationis. Ita tamen quod Citatio ad Sententiam audiendam fiat cum commissione, et comminatione perhemptoria. Salvo quod antequam Judex pronumptiet in bonis alicujus ad tenutam dandam, vel ad bannum, seu reum capiendum quod reus diversis diebus debeat bis citari domi, vel semel personaliter. Et hoc locum non habeat in Instris quarentigiam continentibus. Sed sufficiat quod ad opponendum contra Instra quarentigiam continen

tia unica citatio fiat. Teneantur autem, et debeant apparitiones, seu Bayli in singulis citationibus fiendis ad domum habitationis Citati alta voce in presentia Vicinorum clamare, et nominare quem citat ad cujus petitionem, ad quem actum, coram quo Judice, et tempus in quo comparere debeat Citatus, seu Citandus per eum, et sic referre. Et in qua Contrata posita est domus, ad quam citavit ipsum Citatum, et ejus relationi stetur. Et citatio aliter facta quam dicto modo non valeat, nec teneat. Ubi autem heres rei esset incertus, et citaretur, vel quod expediret citari heredes, ipsa citatio fiat hoc modo videlicet, quod citatio ipsa fiat ad domum, in qua defunctus decessit, si in Civitate, vel in Comitatu Fulginei decessit. Si vero extra Civitatem, et districtum Fulginei decesserit, vel quod non decesserit in domo fiat ipsa citatio ipsorum heredum ad domum solitę habitationis illius, qui decessit, seu decesserit. Si vero dictus decedens, cujus heredes quis vocari facere vellet non habitasset, seu habitaverit in Civitate, seu Comitatu Fulginei ci~~ta~~tetur, et citatio ipsa fiat secundum formam Statuti, quod loquitur de Forensibus. Et quod Baylus, qui tales heredes citaret, seu citaverit, teneatur deferre cedulam, in qua contineatur ad cujus petitionem fit ipsa citatio, coram quo Judice, et ad quid, et de tempore, in quo debet ipse Citatus comparere, et ad quid citetur. Et ipsam cedulam secum scriptam portet, et postea ipso instanti, et ipsa citatione facta teneatur, et debeat ipse Baylus affixam dimictere hostio dictę domus defuncti. Et debeat ipsa Citatio sic bis fieri cum intervallo duorum dierum ad minus inter unam, et aliam ipsarum citationum cum commissione, et comminatione peremptoria. Et citatio in dicto casu aliter facta non valeat. Et si quis processus factus fuerit vigore dictę citationis aliter fact. quam modo predicto non valeat ipso jure. Et si aliquis apparitorum, seu Baylorum falso, et aliter quam citaverit delinquerit in predictis, vel aliquo predictorum, quod de facto debeant ei auferri 25. lib. den. per Judicem, vel Officialem, coram quo talis relatio facta fuerit, Camerę Comis Fulginei applicand., quas si non potuerit solvere, fustigetur per Civitatem Fulginei, et perpetuo sit infamis.

Et

Et processus factus vigore dictę falsę citationis non valeat ipso jure. Et fieri faciens in admissione Causę puniatur, et a Jure quod haberet cadat ipso facto. Quę omnia supradicta in quolibet casuum predictorum intelligantur tantum de Citationibus faciendis de Actore, et Reo, et quando ex ipsa citatione posset contumaciter procedi contra aliquem. Item quod Notarij D: Potestatis, et Capitanei debeant scribere omnes commissiones, quę fierent eis per Judicem, et relationes, quę per Baylos fient, et ipsas Scripturas ponere in Actis pena prestiti juramenti, et 10. lib. denar. pro quolibet. Prohibemus enim lege presenti, quod nullus possit aliquem coram diversis Judicibus pro uno, et eodem debito, sive debitis, sive recitari facere, nec etiam convenire, durante instantia primę litis, nec etiam pro diversis rebus, sive debitis, durante instantia supradicta, nisi coram uno Judice tantum. Et si quis contrafacere presumpserit, quod gesserit non valeat ipso jure, et pro fraude commissa in 25. lib. denar. Comi Fulginei applican. puniatur, et expensas parti reficere teneatur.

Rub. LXXVI. primę partis Stat. Comis.

De Judicijs, & Judiciorum ordine.

Item qualiter lites hodie propter Litigantium malitias in Civitate Fulginei, effectę sunt penitus immortales, propter quod litigantes incommoda sentiunt laboribus, et expensis, cupientes parcere supradictis, et medela convenienti morbo obviare predicto. Presenti lege statuimus, quod in Causis libellarijs, et quę de sui natura contestationem exigunt, nulla exceptione obstante, facta tamen legitimatione personarum, procedi debeat ad litis ingressum. Salvis exceptionibus Usurarum exbandimenti, et excommunicationis, quę probari debeant coram Judice suo, et non scripti in libra, et datij non soluti. Quę exceptiones non possint opponi contra Filium, et Filiam familias, nec contra Nepotem, et Neptem, et Uxorem habentem Virum, dummodo Pater, vel Avus, seu Maritus Uxoris sit scriptus in libra, et

101v

solvat Datia, et Collectas. Et idem in Viduam antequam re habuerit dotem. Que exceptio non scripti in libro, et datij non soluti debeat opponi, et probari secundum formam Capituli loquentis de materia ipsa posita in ordinamento libre. Et que probari debeat infra octo dierum spatium a die proposite exceptionis coram Judice principalis Cause videlicet Usuraria secundum formam infrascripti ordinamenti loquentis de Usuris. Relique vero due secundum formam ipsius, quas, vel quam si opponens non probaverit, teneatur ex tunc Judex principalis Cause, et debeat incontinenti de facto, nulla exceptione, appellatione, et petitione consilij obstantibus, expensas factas pretextu dicte exceptionis ei, contra quem opposita esset, facere reservari sub pena prestiti juramenti, et 25. lib. denar. infra tertiam diem. Et nihilominus in 10. lib. denar. pro qualibet dictarum exceptionum non probatarum opponens Comi Fulginei condempnetur. Teneantur etiam Judices principalis Cause ad petitionem cujuscumque petentis partem adversam cogere litem super libello oblato facere contestari, non obstantibus alijs quibuscumque exceptionibus oppositis, et etiam opponendis, ipsis tamen post litis contestationem eidem opponenti reservatis. Quam contestationem si aliqua partium facere recusaret, seu ipsam litem contestare, Judex, coram quo ipsa questio verteretur, teneatur, et debeat litem in contumacia partis alia parte presente, et petente facere contestari. Que litis contestatio habeatur pro vera, et legitima contestatione, ac si ab utraque parte lis ipsa esset legitimè contestata, et procedatur in Causa ad decisionem ipsius. Et idem volumus observari, quod predicte exceptiones in principio nominate possint opponi in omnibus alijs Causis. Et si opponantur, quod debeant probari modo, et forma, et termino supradictis. Et quilibet in probatione ipsarum deficiens puniatur modo predicto. Teneantur insuper Judices Causarum Civilium Comis Fulginei in virtute prestiti juramenti ad penam 50. lib. denar. omnes lites Causas, et questiones per se tantum diffinire, et terminare infra quindecim dies

utiles

utiles a die contestationis numerandos. In quibus in 50. lib. denar. tempore sui Sindicatus si contrafecerit, seu negligens fuerit condemnetur. Et ut predicta celerius expediantur, et ne pretextu impedimenti Notariorum Potestatis proli sionem recipiant questiones, dicimus, quod in omni Causa, ubi jurati essent a decem Testibus, super quod Judex possit de voluntate partium eligere unum Notarium de Civitate Fulginei, qui dictorum Testium attestationes scribat. Et si contingeret ipsos Judices, vel alterum ipsorum ipsam Causam non diffinire infra quindecim dies continuos ad penam Centum lib. denar., que de suo Salario de facto de prima solutione debeat retineri per Camerarium Comis Fulginei.

Rub. LXXVII. pme partis Stat. Comis.

De negantibus paternitatem, filiationem, seu Matrimonium.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis negaverit in aliqua Causa in Curia Comis Fulginei paternitatem, filiationem, vel Matrimonium inter aliquos, vel mortem alicujus, et postmodum probatum fuerit legitime in 10. lib. denar. Comi Fulginei, et in expensis legitimis factis per Adversarium ipsi suo Adversario debeat condemnari. Et hoc Capitulum locum habeat inter Cives Fulginates. Et si in respondendo positionibus in quacumque parte Judicij dixerit, se non credere, solvat penam predictam.

Rub. LXXVIII. pme partis Stat. Comis.

De hijs qui negaverint aliquem fuisse, vel esse publicum Notarium.

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque negaverit aliquem esse, vel fuisse publicum Notarium in aliqua Causa coram aliquo Officiale, manu cujus Notarij appareret aliquod Instrumentum, seu induceretur Scriptum per partem tempore quo exercuerit officium Notariatus, vel quod negaret aliquem fuisse Judicem, vel Massarium Comis, qui officium aliquod exercuerit, vel introduxerit quatuor Instrumenta, vel tria. In quibus talis Judex suam in-

102v

terposuerit auctoritatem, et processus, seu pronumptiationes facti, et facte per dictos Officiales, et Judices introducerentur, pro probationibus legitimis habeantur. Et eadem probatio quatuor, vel trium Instrumentorum publicorum sufficiat ad probandum legitime, quod aliquis fuerit, vel sit publicus Notarius, vel si Privilegium alicujus Notarij, vel Judicis ordinarij introduceretur, in quo continetur, quod ipsum Privilegium esset datum, vel concessum ab illis de Domo Advocatorum de Luca, vel a Prefecto Urbis, vel a Comitibus de Profolio Districtus Camerini, vel a Communi Fulginei, vel alia quacumque persona, de qua esset publica vox, et fama posse facere Notarios, vel Judices ordinarios, quod non possit opponi, quod predicti, qui fecerunt, vel concesserunt dicta Privilegia, non potuerunt dicta Privilegia concedere, sed talis introductio habeatur pro legitima probatione. Et talis negator in Centum £. denar. Comi Fulginei condemnpnetur, et Adversario in emendationem expensarum, quas in Causa fecerit occasione talis negationis, dummodo hoc locum habeat in Civitate Fulginei, et ejus Districtu.

Rub. LXXVIIII. pme partis Stat. Comis.

De executione Instrumentorum, & Actorum.

Item volentes calumpnijs, malitijs, et machinationibus quorumdam obviare, qui nituntur Sacre quarentitie Status executionem varijs, et diversis malitijs, et machinationibus protelare, immo in totum auferre. Presenti Statuto, et decreto firmamus, quod Notarij de Civitate Fulginei, et ejus Districtu possint, et debeant in Instrumentis, que fecerint apponere preceptum quarentitie, precipiendo nomine quarentitie debitori, vel illi, qui aliquid promisisset dare, vel solvere, vel facere, quod ad certum terminum conventum in ipso Instrumento faciat, et observet, que in dicto Instrumento continetur. Item quod Judices Causarum Civilium Comis Fulginei teneantur, et debeant Instra, et abbreviationes ipsorum Notariorum, in quibus continetur ipsa quarentitia continentia debita pura, et liquida. Et si non appareret

liquidum

liquidum ex Instro, seu Protocollo, facta prius liquidatione ad petitionem Creditoris, incontinenti viso Instro, seu Protocollo, in quo continetur quarentitia predicta scripta manu cujuscumque Notarij de Civitate Fulginei, vel aliunde in quocumque loco facta, executioni mandare in persona, et rebus simul, et divisim, prout Creditor voluerit in una pronunptiatione contra debitorem, nulla exceptione prius audita: dummodo ante executionem ipsius Instri debitor semel citetur cum termino unius diei modo, et forma in Capitulo de Citatione contentis. Salvo, quod si debitor, vel ille, a quo aliquid petetur prius deposita quantitate petita apud aliquem bonum, et sufficientem Mercatorem, et sufficiens intelligatur, ut Judici videbitur, quod depositum facere debeat infra decem dies computandos a die notificationis facte debitori personaliter, vel ad domum presentibus Vicinis de pronunptiatione facta contra eum. Et ab inde in antea nullatenus audiatur, et de facto ad petitionem Creditoris in bonis, et rebus, et persona executioni mandetur, nisi vellet opponere unam de quatuor exceptionibus, scilicet falsitatis solutionis ad cujus excepti probationem sufficiat inquietatio, vel confessio de soluto, vel satisfacto, promissionis, et nullitatis, vel prescriptionis temporis decem annorum, quod tempus si ex Instro, quod petierit executioni mandari, apparet esse elapsum ad depositum faciendum reus non cogatur, et super exceptione in Causa procedatur, et idem super exceptione si ostendatur publicum Instrum quietationis, seu liberationis quod audiatur etiam in exceptione predicta non facto deposito. Et quod liceat ei opponere, et opponenti detur terminus decem dierum per Judicem, coram quo depositum petitum fuit ad opponendum, et probandum exceptionem oppositam absque aliqua contestatione. Si excipiens non probaverit exceptionem oppositam solvat pro qualibet exceptione opposita, et non probata Centum £ denar. Perusinorum. Et si aliquis petierit aliquod debitum sibi solutum, et probaretur per illum, a quo petetur de solutione dicti debiti facta ipsi petenti, vel alteri pro eo, vel de quietatione dicti debiti, vel de confessione soluti, vel de satisfactione, condempnetur petitor, si debitum fuerit usque in quan-

titate 25. lib. denar., et ab inde supra quod probaretur solutum, vel satisfactum aliquo modorum predictorum in 25. lib. denar. Comi Fulginei, et ab inde infra in Centum ſ. denar. Et nihilominus presenti pena legali condempnetur, et faciat Judex quantitatem depositatam restitui facere illi, a quo petitum fuerit indebitè. Et si non fuerit probata exceptio in decem dies Judex faciat depositum de facto incontinenti dari petenti. Item quod Judex tempore pronumptiationis cogat jurare Creditorem ad Sacra Dei Evangelia corporaliter tacto libro, si verum est, quod Creditor petit. Et si Instrum quod petitur executioni mandari est confectum in duplo, triplo, vel quadruplo. Et in ea quantitate, in qua confectum fuerit resumat intentionem suam, non obstante precepto guarentitie suprad.to, et juramento, si in Instro continetur. Et predicta omnia, et singula locum habeat in presenti, preterito, et futuro, et in processibus factis, et faciendis ex forma dictorum Instrorum. Et ipsi processus valeant, et teneant, et plenam obtineant roboris firmitatem, non obstante quod pred.ta Instra essent per alium Notarium, quam de Civitate, et districtu Fulginei confecta, vel quod facta essent alibi, quam in d.a Civitate Fulginei, vel districtu, nec aliquo jure Canonico, vel Civili, nec aliquo Statuto, Capitulo tam Populi, quàm Comis dicte Civitatis. Et pred.ta locum habeant in his que consistunt pondere, numero, et mensura, et in dando, vel faciendo. Et quia factorum non est par executio, nec idem modus agendi pro factis, declaramus, quod si rem dari, vel tradi est in obligatione, et debitor habet facultatem rei tradende, et tunc debeat rei petite fieri Sequestratio penes aliquem sufficientem hominem, prout Judici videbitur. Et facta d.ta Sequestratione detur debitori presenti, et petenti, et volenti terminum opponendum unam de supradictis exceptionibus sibi competentibus ut supra. Quam si non probaverit infra dictum terminum decem dierum, vel exceptionem non opposuerit, cogatur debitor precisè ad retrahendum. Et Sequestratio petenti rem petitam, vel ejus possessionem assignare. Et nihilominus Judex, coram quo actum fuerit de facto teneatur, et debeat incontinenti creditorem inducere,

inducere, et induci facere in corporalem tenutam, et possessionem rei petite. Et debitori mandare ad penam 25. lib. denar., quam si contrafeceris ipso facto incurrat, quod ipsum Actorem in ipsa re ulterius non molestet. Si vero non haberet facultatem rei restituende, depositum faciat in pecunia numerata, secundum extimationem rei petite, et valorem ipsius fiendum per duos Convicinos Rei conventi, vel secundum extimationem, que appareret facta in Catasto Coms Fulginei, seu libre. Et si ultra vellet Creditor extimare, quod possit extimare, dummodo non extimet ultra dimidiam justi pretij rei extimate, teneatur debitor depositum facere. Si vero ultra extimationem veram factam per dictos Convicinos extimaverint, si contingat debitorem habere facultatem rei petite, Judex faciat solvi dictam veram extimationem factam per Convicinos assumptos. Et de extimatione facta ultra dictam veram extimationem per juramentum partis petentis faciat solvi ipsi petenti nomine interesse quantum probaverit esse suum interesse, saltem per duos Testes, habita tamen temporis solutionis pretij non soluti compensatione. Si vero in obligationibus, seu Instris continentibus quarentitiam simpliciter aliquid fieri contineatur, quia in petitione, et in condemnatione venit solum interesse, et per ipsum Instrumentum totum interesse non probetur. Et quia aliquando contingit, quod unus, vel plures ex Reis, seu fidejussoribus habens Instrum conservationis indemnitatis petit a principali debitorem se indemnem conservari, vel ab obligatione liberari, quod hee exceptiones, et defensiones competant Reo, et ipsas opponere possit, que res competebant, et competunt, et opponere poterat, et potest contra principalem Creditorem, et omnes probationes, et presumptiones Jura, et Statuta, que locum habent, et opponi possunt contra principalem Creditorem vendicent sibi locum, et habeant contra fidejussorem, et Reum petentem predicto juramento aliquo non obstante, et renuntiatione facta cujuscumque exceptionis in principali Instro, seu conservatione. Si vero aliud quodcumque factum ex vigore Instri quarentitie petetur, quod petens teneatur, citatione facta porrigere aliqualem facti narrationem, in qua exprimat suum interesse cum juramento, et cum assertione duorum Testium, ad minus asserentium cum jura-

104v

mento se credere tantum esse interesse Judicis taxatione precedente. Et tunc demum possit fieri executio contra debitorem, secundum formam supra declaratam; Audiatur tamen volens facere depositum dicti interesse declarati modo quo supra ad oppositionem exceptionis suprascripte, secundum formam, et modum supra traditum. Si vero agitur, ut Actor suscipiat judicium defensionis rei alienate, et velit se defendere, et non suscipere defensionem, volendo opponere aliquid de dictis exceptionibus non audiatur, nisi faciat depositum totius rei, et interesse probati ut supra. Salvo quod si creditor eligeret, seu eligere vellet in casibus supradictis, et alijs quibuscumque ubi factum est in obligatione penam in Instro contentam, cujus executio petitur, quod eo casu teneatur Creditor dare libellum Reo, a quo petitur pena, et dicta causa sit, et intelligatur esse libellaria. Et preceptum guarentitie in pena in Instro, cujus executio peteretur contenta locum non habeat. Teneantur autem, et debeant Notarij Civitatis Fulginei, et ejus districtus in singulis obligationibus, et ubi factum, vel quid dari, et tradi est in obligatione certam penam imponere in ipsis Instris, et non per quotam videlicet dupli, tripli, vel simili. Dicimus etiam, et ordinamus, quod illud Jus servetur Clericis contra Laycos in Curia Comis Fulginei, et coram suis Officialibus, quod servatur, et fit Clericis contra Laycos in Curia Episcopatus Fulginei. Item quod nulla persona possit pro aliquo debito micti in Carcere Comis, si voluerit infra unam diem postquam captus fuerit, sive detentus ad petitionem Creditoris dare idoneum fidejussorem de non discedendo de Palatio dicti Comis ad penam, et bannum per Judicem imponendum. Et interim per baylos custodiatur expensis ipsius debitoris, seu detenti. Insuper dicimus, quod predicta guarentitia non valeat, nec locum habeat inter forensem, et forensem, videlicet in contractibus inter eos celebratis, nec per forensem contra Civem, seu habitatorem Civitatis Fulginei. Et quicumque cederet, seu cesserit Jura sua, que habuerit contra aliquam personam, que tempore celebrate cessionis talis jura cedens jurare teneatur, et debeat ad Sacra Dei Evangelia corporaliter tacto libro in ipsa cessione,

quod

quod tantum quantum in ipsa cessione continetur, debeat recipere a suo debitore vere. Et si aliter fieret Instrum cessionis non valeat ipso jure, nec ex eo aliquid peti possit, non obstante aliquo Statuto Populi, vel Comis, quod in contrarium loqueretur. Et quod omnis exceptio, quæ competit contra cedentem jure sua tam contra personam, quàm contra Instrum, et etiam exceptio excommunicationis, quæ competeret Reo contra creditorem possit opponi contra Cessionarium, et quemadmodum Reus repelleret ab agendo cedentem propter suam excommunicationem, repellat Cessionarium excommunicatio solius cedentis. Et predicta Capitaneus Populi infra quindecim dies a principio sui Regiminis teneatur, et debeat bandiri facere, ut homines sciant. Item, quod supradictum Statutum de executione Instrorum, et aliud positum in presenti volumine ante, vel retro in Instris Usurarum non vendicet sibi locum. Et si quod in dicto volumine reperiretur, quod reperiretur in Instris usurarijs ex nunc auctoritate presentis Capituli sit cassum, irritum, et inane, et nullius valoris. Et quod exceptio usuraria possit opponi contra executionem Instrorum, seu Instri guarentitie, nullo etiam facto deposito, et ipsa exceptio possit opponi, et probari per quatuor Testes singulares, qui probent pro se, vel pro alio solvisse usuras executione presentis, seu ejus, cujus nomine executio peteretur, vel per quinque Testes de publica voce, et fama, quæ probatio, et quelibet ipsarum habeatur pro plena, et sufficienti probatione. Qua probatione facta dictum Instrum guarentitie continens executioni mandari non possit, nisi in vera sorte, quæ probaretur tempore celebrati contractus per Creditorem per duos Testes idoneos de Civitate Fulginei, vel Districtu. Teneantur etiam, et debeant excomputare in solutione vere sortis totum, quod probaret debitor se solvisse per duos Testes, vel per scripturam libri Creditoris. Qui liber debeat deferri coram Judice Potestatis de facto, et incontinenti. Et si Judex, qui de Causa cognoverit in faciendo dictum librum deferri negligens

fuerit, condempnetur in Centum lib. denar. per Capitaneum Populi Civitatis Fulginei durante officio dicti Judicis infra decem dies a die proposite querele. Et si quis super dictam exceptionem opposuerit, et eam infra decem dies supradicto modo non probaverit, vel alteram ipsarum exceptionum in decem lib. denar. per Potestatem Coñi Fulginei debeat condempnari. Qui decem dies dicti termini per Judicem, coram quo fuerit ipsa questio ventillata debeant statui, et decerni. Item, quod nullus Notarius audeat, vel presumat rogare aliquod Instrum usurarium alicui, contra quem probaretur ipsum esse usurarium modo predicto per quatuor testes, vel quinque, vel alteri ipsorum pena Centum lib. denar. Et a processibus factis vigore Instrumentorum guarentitiam continentium non possit appellari. Et predicta vendicent sibi locum etiam in agendo.

Rub. LXXX. p̄me partis Stat. Coñis.

De Eodem.

Item, quia cordi Nobis est lites minuere, et subjectos a sumptibus, et expensis manibus in comodis quantum est possibile relevare. Et quia conveniens est, ut unusquisque sibi debitum facile assequatur. Ordinamus lege presenti, quod Instra publica, in quibus non continetur guarentitia, seu continetur, sed locum habere non possit, executioni mandetur infrascripto modo, et forma, videlicet. Quod citetur Reus, vel Heres ejus, vel qui voluerit pro herede respondere secundum modum, et formam content. in Capitulo De in Jus vocando, quod veniat ad respondendum de jure petenti executionem talis Instri, cujus executio patitur fieri contra eum per se, vel per Procuratorem legitimum, interrogetur per Judicem Reus, vel ejus Procurator, facta prius legitimatione personarum utrum debitum sit verum nec ne. Et si confitebitur Reus, vel ejus Procurator, terminus detur ad solvendum, dandum, vel faciendum decem dierum. Et si debitum fuerit in negatione dedu-

ctum

ctum detur neganti per Judicem terminus decem dierum ad opponendum, et probandum quicquid potuit de jure suo. Et si fuerit Reus interrogatus, et jussus in respondendo contumax, quod habeatur pro confesso. Quo termino elapso si Reus, vel debitor oppositam legitimam exceptionem non probaverit, mandetur sibi per Judicem, quod infra alios decem dies det, et solvat, seu faciat in Instro consent., et per Creditorem petita ad penam 10. lib. denar. Quibus elapsis diebus Judex teneatur, et debeat executioni mandare dicta Instra, seu Instrum in persona, et rebus. Et circa extimationem factorum procedatur, ut continetur in Capitulo de executione Instrorum guarentitie, et circa petitionem, et executionem. Et si quis senserit se gravatum possit appellare ad Judicem Capitanei, et procedatur in omnibus secundum modum, et formam tradit. in Capitulo de Appellationibus.

Rub. LXXXI. p^me partis Stat. Comis.

De Feriis, & diebus feriatis.

Item dicimus, et ordinamus, quod cum omnes dies sint juridici, quod Potestas, Capitaneus, et Officiales singulis diebus a media tertia qua pulsatur Campana pro jure reddendo usque ad tertiam, et post Nonas ab hora, qua dicta Campana pulsabitur usque ad Vesperas singulis diebus stent, et stare debeant ad Banchas, in quibus fuerint deputati ad Jura reddenda. Et dictis horis singulis sui copiam faciat executionem juris petentibus ad penam 10. lib. denar. pro quolibet, et vice qualibet qua contrafecerit, nisi necessitatis causa excusaret eosdem. Exceptis diebus, et festivitatibus infrascriptis, qui sint, et esse debeant feriati. Et primo die Nativitatis Dñi Nri Jesu Xpti cum duobus diebus precedentibus, et octo diebus sequentibus. Die Epiphanie Dñi cum uno die sequenti. Die Festivitatis Gloriosissimi Martiris B. Feliciani Capitis, et Protectoris Civitatis Fulginei cum quatuor diebus precedentibus, et tribus diebus sequentibus. Die Pasche Resurrectionis cum septem diebus precedentibus, et quatuor sequentibus. Die Ascensionis Dñi. Die Pentecoste cum duobus sequentibus. Omnibus diebus Dominicis, et omni-

106v

bus diebus Veneris totius anni. Omnibus diebus festivitatis cujuslibet Apostoli, et Evangelistae. Diebus festivitatis B.tae Virginis Mariae de Mense Februarij, Martij, Augusti, et Septembris, et die festivitatis Conceptionis ipsius B.tae Virginis. Diebus festivitatis Beati Michaelis Archangeli de Mense Maij, et Septembris. Die festivitatis omnium Sanctorum cum uno die sequenti. Omnibus festivitatibus quatuor Doctorum Ecclesiae. Die festivitatis Beati Petri Fulginei. Diebus festivitatis B.tae Luciae, et B.tae Catharinae Virginum. Die S. Laurentij Martyris, S. Nicolai Ep.i, et Confessoris, et S. Viti. Die festivitatis S. Mariae Jacobi, et S. Mariae Magdalenae, et S. Margaritae Virginis. Die Nativitatis B. Joannis Bapt.ae, et festivitatis B. Francisci, et B. Dominici. Diebus Rogationum, festivitatis B. Ludovici, et S. Herculani. Die Consecrationis S. Feliciani. Die festivitatis Corporis X.pti cum uno sequenti. Et omnibus diebus festivitatis, quas D. Episcopus Fulginei cum suo Clero duxerit celebrandum. Et feriati sint singuli dies Jejuniorum post Nonas tantum. In quibus dicti Officiales non teneantur sedere nisi de mane usque ad Nonas. Et dies, in quibus fiunt Consilia, in quibus fiunt propositae, et quod in ea parte diei, in quo fit Consilium, non reddantur Jura. Et quod in diebus quadragesimalibus non reddatur Jus, nisi a mane usque ad Nonas. Pro Messibus autem faciendis feriati sint quolibet anno a Festo S. Barnabey de Mense Junij inclusive usque ad Kalendas Augusti inclusive. Et pro Vendemijs faciendis quolibet anno sint Feriae a Festo S. Angeli de Mense Septembris in antea usque ad secundam diem Mensis Novembris inclusive, a quo Festo S. Angeli in antea unicuique vendemiare pro Comitatu Fulginei, et ubicumque sine pena, et banno, prout sibi placuerit, liceat, et licitum sit. Et in singulis dilationibus datis ad probandum dies utiles intelligantur. Et quod dies utiles scribi debeant per quemlibet Notariorum Potestatis, et Capitanei Civitatis Fulginei, in uno ex Libris Actorum cujuslibet dictorum Notariorum, et Comitis Fulginei ad penam prestiti Juramenti.

Rub.

Rub. LXXXII. pmę partis Stat. Comis.

De Salariis solvendis in Causis.

Item qualiter cum Sportulę in Causis solvi consonum sit rationi, presenti Statuto firmamus, quod in Causis libellarijs solvatur Salarium ab Actore tempore litis contestationis duos denarios pro qualibet libra pecuniarum, vel extimationis rei petitę, quod factum est pro eo non valeat ipso jure, sed contra eum valeat. Jn alijs vero Causis teneatur Actor simili modo solvere Salarium ante pronumptiationem executionis, quod sufficiat solvere quandocumque ante pronumptiationem, sive Mandatum de solvendo, alias quod factum esset pro eo non valeat ipso jure, sed contra eum valeat. Sufficiat tamen Salarium solutum esse semel in Causa, seu lite, et si de novo eadem res petatur. Et si non solveret Salarium duorum denariorum pro qualibet libra, et vellet reiterare processum, quod non audiatur de eadem re, nisi prius legitimas expensas refecerit. Salvo quod si aliquis tanquam tertius peteret revocari tenutam per libellum, vel sine, quod non teneatur solvere Salarium. Et in omnibus Causis, de quibus in Statuto cavetur, quod Salarium solvi non debeat, in ipsis Salarium non solvatur, et etiam in Causis Alimentorum.

Rub. LXXXIII. pmę partis Stat. Comis.

De Summariis, & extraordinariis cognitionibus.

Jtem, qualiter sepe contingit, quod Causę, in quibus extraordinariè, et summariè procedi debet, ut plurimum ultra, quam deceat, protelentur, volentes ipsarum protelationi obviare, et protelantium malitijs occurrere, presenti lege statuimus, quod in Causis predictis procedatur sine libello porrecto tamen aliquali facti narratione exhibita, super qua procedatur summariè sine strepitu, et figura Judicij, prestito tamen a petentibus calumpnię juramento. Et Judex, coram quo predictę Causę agitantur, teneantur, et debeat ipsas Causas finire, et terminare infra quindecim

dies continuos, aliquibus Ferijs non obstantibus, vinculo juramenti, et pena 25. lib. denar., in quibus tempore Sindicatus debeat condempnari. Et si aliquis tertius petierit revocari, et extromicti aliquam tenutam datam in bonis suis tanquam de bonis debitoris, et ipse tertius voluerit facere depositum quantitatis predicte, vel estimationem rei in tenutam date, cujus rei revocationem petit, Judex teneatur, et debeat incontinenti facto deposito apud idoneam personam, prout Judici videbitur, nulla prius facta probatione, facere tertio petenti tenutam restitui (quo facto) vel si depositum facere nollet, audiatur, et admictatur ad probandum juris sui. Et si probaverit de sua possessione per unum idoneum Testem, revocetur tenuta, et depositum restitui faciat, eo casu, quo factum esset, nisi Actor eque bene, vel melius de possessione sui debitoris probaverit. Et ab ipsa extromissione, seu depositi restitutione non possit appellari. Et si quis appellaret in prosequtione appellationis nullatenus audiatur, et contra ipsum, et processum non possit de nullitate opponi. Sed si Judex pronumptiaverit, tenutam datam esse revocandam, vel non revocandam esse, depositum restituendum, vel non restituendum esse, ab ipsa appellatione nulli liceat appellare, nec de nullitate dicere, si pars, que sentiret, et diceret se gravatam possit petere ea die, vel sequenti, qua pronumptiatio facta esset consilium Sapientis, secundum formam ordinamentorum de Consilijs dandis, et secundum dicti ordinamenti tenorem, et formam procedi debeat, et interim nullam possit Judex facere novitatem.

Rub. LXXXIV. p.me partis Stat. Comis
De Copia exhibenda Actorum, & Process. facien.
Parti litiganti cum aliquo ex quacumque causa.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis habuerit questionem cum aliquo ex quacumque de causa, et petierit, seu peti fecerit copiam quorumcumque Actorum a quocumque suo Adversario cujuscumque conditionis existat, quod dictus talis, a quo dicta Copia petetur, teneatur, et debeat ipsi tali petenti dare illam Copiam ipsorum

ipsorum Actorum, vel partis ipsorum, ut petierit expensis dicti petentis. Et Potestas, seu Capitaneus, et eorum Officiales, coram quibus predicta fuerint postulata, teneantur, et debeant cogere de facto talem habentem dicta Acta, contra quem fuerit petita dicta Copia, exhibere Copiam ipsorum Actorum dicto tali petenti sub pena 25. lib. denar. pro quolibet eorum. Et predicta vendicent, et locum habeant, quando ipsa Acta in quaternis Comunis Fulginei non inveniuntur. Et hijs non obstint, nec obstare possint Ferię aliquę imposite, vel imposterum ex quacumque causa imponende. Et hoc locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

Rub. LXXXVI. pmę partis Stat. Comis.

De appellationibus, & petitione Consilij.

Item omnem circuitus materiam litium auferre litigantibus totaliter cupientes, qualiter quorumdam crescente malitia, quod provisum erat ad bonum, ut plurimum tendebat adnoxas: Quam propter appellationes, quę super unoquoque articulo quicumque poterant interponi causę cum circuitu protendebatur, et infinitum finem, et mortalem habebant. Optantes predictis omni modo, quo possumus obviare, presenti salutari ordinamento statuimus, ut ante diffinitivę Sententię tempus pronumptiationis, seu mandati, quod totius negotij diffinitionem non induceret nulli litigantium, liceat appellare. Cum satis sit provisum unicuique, si in aliquo crediderit se gravatum, quod possit petere consilium Sapientis, secundum formam inferius denotatam. A Sententia vero diffinitiva pronumptiatione, sive mandato, quod, vel quę totius negotij diffinitionem induceret, liceat unicuique appellare, et recurrere, et pro Sapienti eligere Dnum Capitaneum Populi Civitatis Fulginei, seu ejus Judicem, dummodo appellet, et recurrat, et pro Sapiente eligat infra decem dies a die late Sententię pronumptiationis, sive mandati, quod induceret totius negotij diffinitionem tam super iniquitatis, quam super nullitatis etiam si solum dicere vellet ipsam nullam, quod si pretermiserit in dictum tempus non possit ulterius de iniquitatis, seu de nullitatis ipsius agi, nec aliqualiter excipi, et ejus pre-

108v

texto tempore Sententiæ executio infringi non possit, nec modo aliquo impediri.
Et quod Capitaneus, sive ejus Judex teneatur Causas appellationum prædictas diffinire infra viginti dies utiles computandos a die interpositæ appellationis, aliquo non obstante, nisi de partium voluntate fuerit terminus prorogatus. Quibus elapsis rata maneat Sententia, et executioni mandetur, non obstante appellatione prædicta. Ita tamen quod Capitaneus, vel ejus Judex non possit partes, vel aliquam ipsarum expressè adstringere, vel tacitè, directè, vel indirectè, sivè sub quocumque quæsito colore ad prorogandum dictum tempus. Et ipsam causam infra dictos viginti dies Judex Capitanei, vel ipse Capitaneus teneatur, et debeat per se tantum diffinire, et terminare. Etiamsi contingat Sententiam infirmari, et pronumptiari bene pronumptiatum, et male appellatum, ac etiam bene sententiatum, sive mandatum qualitercumque, et sub quacumque forma verborum, quod a dicta Sententia non possit appellari, nec contra eam opponi, vel agi de nullitate, sed executioni mandetur a quocumque Judice Potestatis, vel Capitanei, a quo ipsius Sententiæ executio petetur, omni exceptione, et appellatione rejectis. Si verò primam Sententiam infirmaret in totum, vel in partem, liceat ei, contra quem ipsa Sententia lata esset appellare infra quintam diem a die latæ Sententiæ jusjurando ad unum ex Judicibus Civitatis Fulginei, qui dari, et deputari debeat per dictum Capitaneum, vel ejus Judicem neutri parti suspectum in tertiam diem a diè interpositæ appellationis prædictæ ad pœnam Centum lib. denar. Comi Fulginei applican., quam pœnam ipso facto incurrat, et interesse parti proban. et modo, quo in tempore Sindicatus ipsius. Et si Consultor non inveniretur in prædictis, quod Dnus Capitaneus teneatur prædicta committere Collegio Judicum Civitatis, in quo Advocati partium interesse non possint. Quod Judex si ipsam commissionem acceptaverit teneatur, et debeat ipsam Causam diffinire, et terminare infra quindecim dies continuos computandos a die deputationis ipsius, et eisdem Actis, vel elapsis dictis

quindecim

quindecim diebus rata maneat Judicis Sententia Capitanei, vel ejus Judicis. Et predicta possint facere, et procedere summariè, et de plano, et sine strepitu, et figura Judicij omni solemnitate, et subtilitate Judiciorum totalitèr pretermissis, aliquibus Ferijs, et diebus feriatis non obstantibus, procedere possit ad diffinitionem ipsius. Et quod diffinitum, et pronumptiatum fuerit per dictum Judicem valeat, et teneat, et plenissimam obtineat roboris firmitatem. Et quoad nullitatem, et iniquitatem ulterius queri non possit, sed ipsa Sententia inviolabiliter executioni mandetur a quocumque Judice Potestatis, sive Capitanei dicte Civitatis, a quo ipsius Sententie executio peteretur, omni appellatione, et exceptione remotis. Et si dictus Judex dictam commissionem acceptaverit, et ipsam questionem in dictum tempus non diffiniverit in 25. lib. denar. penam incurrat ipso facto, et interesse parti, quam, et quod de facto Judex Capitanei ei teneatur, et debeat auferre, et ad manus Camerarij faciat pervenire, et interesse ad partem. Et insuper Judex Maleficiorum Potestatis, et Capitanei, et quilibet ipsorum in virtute prestiti juramenti teneantur, et debeant ad simplicem requisitionem cujuscumque petentis dictum Judicem cogere realiter, et personaliter ad diffinitionem faciendam, et Sententiam ferendam super causa sibi commissa in dictum tempus quindecim dierum. Et de interesse, et dampna stetur juramento illius, qui appellaverit a Sententia Capitanei, seu ejus Judicis sine aliqua alia probatione. Per predicta autem in aliquo nolumus derogare Capitulo Populi, quod loquitur de Guarentiqijs sub Rubrica, vel titulo de executione Instrumentorum.

Rub. LXXXVII. prime partis Stat. Comis.

De Eodem.

Item qualiter ea, que consilio recte geruntur solidate, ac firmate nituntur, qualiter superiori capitulo cautum, ut nulli liceat ante diffinitive Sententie tempus mandati pronumptiationis, seu diffinitionis, que totius negotij diffinitionem, sive

finem imponeret appellare. Volentes a pronumptiationibus, seu diffinitionibus, vel gravaminibus in quibuscumque Causis, quæ, vel qui ante diffinitam Sententiam proferuntur, sive inferuntur assentibus se gravatos viam exgravationis tribuere. Ordinamus, et dicimus hac lege, quod si aliquis dixerit se gravatum a quocumque Judice ab aliquo precepto, mandato, interlocutione, pronumptiatione, seu actu quocumque, possit, et sibi liceat suis expensis petere consilium Sapientis die illati gravaminis, vel Sequestri. Qui Judex teneatur pena prestiti juramenti, et 25. lib. denar. de Salario D.ni Potestatis, seu Capitanei per Camerarium Comunis Fulginei retinen.ᵈ dare pro Sapiente unum de Judicibus Civitatis Fulginei nemini parti suspectum infra unam diem a die petitionis mandare parti, ut infra dictam diem deponat competentem Salarium pro Consultore assumendo, apud quem Judex mandaverit, quod si non fecerit, ejus petitione non obstante, Judex teneatur, et debeat in Causa procedere. Qui Judex, et Consultor assumptus, seu Sapiens, cui ipsa questio commissa fuerit per Judicem committentem teneatur, et debeat Causam sibi consulendam commissam assumere, et acceptare, et suum consilium dare in quintam diem a die commissionis sibi facte. Et si is, cui committeretur nollet ipsam Causam, seu punctum ad consulendum assumere, vel acceptare, quod per Judicem, coram quo ipsa Causa verteretur, cogatur de facto assumendum punctum sibi consulendum commissum, et super eo suum reddendum consilium infra tempus predictum computandum a die commissionis sibi facte, et acceptationis ipsius, nisi dictus Sapiens eligendus, vel assumendus haberet justam causam non assumendi, et causa excusationis intelligatur, si consuluisset aliquam partium, vel si esset infirmus, dummodo juret ipsas causas, vel earum alteram esse veras. Et si Judex, vel Consultor assumptus renuerit in dictos dies dictis de causis, vel altera earum committatur alteri modo, et forma predictis, vel quod gestum fuerit per Judicem Cause, remaneat firmum, non obstante petitione Sapientis predicti, cui consilio si datum fuerit contra petentem stetur, nec possit

peti

peti per eum ulterius revideri. Et si pro parte, contra quam datum fuerit, possit ipsum consilium petere revideri. Et Judex teneatur simili modo ut supra Consultorem dare, cui consilio stetur, si redditum fuerit infra quintam diem, vel stetur consilio jam reddito, et procedatur secundum formam ipsius, non obstante quod petitum fuerit revideri. Et interim Judex non possit in aliquo procedere, et si processerit, presentis ordinamenti, et Statuti potestate, non valeat ipso jure. Salvo quod a pronumptiatione, quę fieret super legitimatione personarum non possit aliquis dicere se gravatum, nec pro sapiente petere, sed Judicis pronumptiatio presentis Statuti potestate sit firma, et pro vera, et legitima habeatur, et de ipsa non possit ulterius disputari, nec aliqualiter conqueri, et quod factum est cum eo, habeat roboris firmitatem, ac si factum fuerit cum legitima persona. Et petens consilium suis expensis teneatur, et debeat deponere Salarium, et dare Judices suspectos dicta die, vel sequenti, quo petiit consilium. Et habeatur pro justo Salario id, quod Judex Causę taxaverit, et taxando mandaverit deponi, de quo mandato nulla partium possit dicere se gravatam. Quod si non fecerit petens consilium in petitione consilij super ipso gravamine, non debeat audiri. Et in omnibus predictis suspectorum numerum possit, et debeat Judex Causę refrenare.

Rub. LXXXVIII. pmę partis Stat. Comis.

Quomodo, & qualiter deferri debeat Sacramentum parti de debito in negatione deducto, & de probationis beneficio reservando.

Item, quod Causę, et questiones summariè, et cum celeritate procedatur, et finem habeant celerem. Statuimus, et ordinamus, quod cujuscumque summę, quantitatis, et de re quacumque, quando fuerit coram quocumque Judice, et Officiali Comis Fulginei, et Actor ipsam Causam, seu questionem decidere voluerit Sacramento deferendo Reo, contra quem ageret, et stare voluerit de petitis per eum Sacramento ipsius Rei, quod Reus

cogatur jurare, vel jusjurando referri ipsi Actori, dato tamen termino duorum dierum Reo ad deliberandum super tali petitione, nulla exceptione audita, cum manifestè sit turpitudinis nolle jurare, neque jusjurandum referre. Et si Reus Sacramento se subjecerit, et cum juramento dixerit se non debere dare, vel facere id, quod ei ad juramentum defertur, probare id, quod Reus negaverit, statuatur sibi terminus per Judicem quinque dierum ad probandum, infra quem terminum si probaverit legitime Reum debere id, quod juramento negaverat, condempnetur Reus in eo, quod negaverit, et in expensis omnibus ipsi Actori. Et nihilominus pro perjurio X lib. denar. Judex, coram quo questio fuerit, de facto ab eo auferat, et ad manus Camerarij de facto sine aliquo processu faciat devenire. Et idem servetur, si Reus retulerit Sacramentum Actori, et Actor juraverit Reum debere. Et si Reus dixerit se posse reprobare de liberatione, vel solutione rei, seu quantitatis petite, quod statuatur sibi delatio, et procedatur, et pro perjurio puniatur, secundum quod superius est expressum. Et si Reus recusaverit jurare, vel jusjurandum referre, statuatur sibi terminus per Judicem ad jurandum, vel jusjurandum referendum, et si infra dictum terminum non juraverit, vel retulerit, ex tunc habeatur pro confesso, et convicto. Et in quantitate, seu re petita Reus Actori per ipsum Judicem debeat condempnari. Et predicta vendicent sibi locum tam ante litis contestationem, quàm post quandocumque ante decursam dilationem datam ad probandum, postea vero deferre, vel referre non teneatur. Et solum ubi de facto, et obligatione ipsius rei queret, ubi vero de facto, seu obligatione alterius, ubi sibi deferetur, vel actionis ubi sibi deferetur, etiamsi filius heres, vel Successor esset illius, de cujus facto quereretur, procedatur secundum ordinem Juris. Et quod in omnibus Causis, et questionibus, in quibus Sacramentum defertur ab Actore, vel referetur a Reo semper cum defertur, vel referetur probationis beneficium antequam deferatur, vel inferatur, reservetur, alias ubi non reservatur sit absolutus, et liber de eo,

eo, quod ab eo petetur, ulterius queri non possit. Et teneatur Judex per suam interlocutoriam, vel Sententiam diffinitivam absolvere.

Rub. LXXXIV. p.me partis Stat. Comis.

De Arbitris receptis, & recipiendis, & modo per eos servando.

Item cupientes inter Conjunctos omnes Scandali, et litium materiam amputare, hac lege perpetuo valitura sancimus, quod quoties emerserit aliqua questio inter Conjunctos usque in tertium gradum linee Consanguinitatis, vel Affinitatis. Et intelligatur Affinitas durare etiam si mortua fuerit Uxor, vel Maritus, per quem, vel quam dicta Affinitas contracta fuerit, seu etiam inter Virum, et Uxorem. Et aliquis ipsorum litigantium petierit ante finitum terminum datum ad probandum ipsis partibus, quod compromictatur ipsa causa ad petitionem petentis, Potestas, seu ejus Officiales teneantur, et debeant cogere ipsos litigantes ad eligendum aliquos comunes Amicos unum, vel plures, prout concordaverint partes, et compromictere in ipsos, seu ipsum de Jure, et de Facto. Qui Arbitri unus, vel plures electi teneantur, et debeant ipsam causam, sive causas eis compromissas diffinire infra unum Mensem computan. a die recepti Compromissi, et quod ipsi electi ab eis debeant cogi per Potestatem, vel ejus Officiales ut sumant compromissum in eum, vel eos fact. Et laudo ferendo inter dictos Conjunctos per Arbitrum, seu Arbitros assumptos ab eis non valeat, nec liceat contradici. Sed ipsum Laudum, et arbitrium qualitercumque latum, seu diffinitum debeat Judex, coram quo fuerit petitum, executioni mandare, nulla exceptione Juris, vel facti audita, nec contradictione recepta. Et predicta non vendicent sibi locum, ubi petetur executio Instri Guarentitie Sententie late Laudi, vel Arbitrij. Et quia Sotietas vinculum fraternitatis nescitur obtinere. Dicimus idem servandum fore inter Sotios, si esset questio inter eos pretextu Mercantie, in qua fuerunt, vel sunt Sotij. Item dicimus in potestate forense, vel in aliquem, sive aliquos Officiales Civitatis possit, nec debeat compromicti aliquo

modo directè, vel indirectè tanquam in Officiales, vel privatas personas. Et si compromissum fuerit, non valeat ipso jure. Et quod factum fuerit per eum contra formam presentis Capituli nullam habeat roboris firmitatem. Si vero fuerit aliquid per aliquem dictorum Potestatis, vel ejus Officialium arbitratum, sententiatum, judicatum, declaratum, et pacificatum, non valeat ipso jure. Et si aliquid solutum fuerit vigore predictorum possit perpetuo solvens repetere. Item dicimus, quod si Potestas, sive ejus Officiales electi fuerint ipsi, vel alter eorum, seù nominati per aliquos Cives, vel Comitat. nostros arbitres arbitrator amicus communis, seu compositor amicabilis, aut quocumque nomine censeatur, et acceptaverit, seu quoquo modo cognoverit, puniatur, et condemnetur tempore Sindicatus Com̄i Fulginei in Centum lib. denar. Et Officiales contra predicta faciens in 50. lib. denar., et eligens, seu nominans quoquo modo puniatur, et condemnetur summariè, et de facto in 25. lib. denar. Com̄i Fulginei, et quatenus sententiatum fuerit, non valeat ipso jure, ut superius dictum est. Et hoc capitulum intelligatur in qualibet parte quandocumque petatur compromicti, ante litem contestatam, et post usque ad dilationem datam ad probandum, quod per totum inviolabiliter precipimus observari, et legi semel in Mense in Consilio generali usque ubi tangitur de materia proxime dicta. Et quod idem etiam observetur in Mercatoribus de Civitate Fulginei quocumque modo contendente occasione alicujus Mercantie, ad quæ forensis non teneatur, si noluerint.

Rub. LXXXX. p̄me partis Stat. Com̄is.

De Eodem.

Item dicimus, et ordinamus, quod si contingat aliquas partes compromictere in aliquos, seu aliquem de Jure tantum, sive de jure, et facto, si in Compromisso contineatur, quod non possit contradici, seù peti reduci ad arbitrium boni Viri, et jurat. a partibus, si in compromisso contineatur, quod possit laudare alte, et basse equè, vel iniquè, modicè, vel immodicè, et fuerit laudatum, quod debeat stari d.o Laudo,

nec

nec possit ab aliqua partium contradici, nec peti ipsum Laudum reduci ad arbitrium boni Viri, sed possit, et debeat dictum Laudum, et arbitrium executioni mandari, nulla exceptione audita. Si vero predicta verba, vel aliquod predictorum non fuerint adjecta in ipso Compromisso, quod pars, que dixerit se gravatam, vel lesam contradicere possit infra quinque dies, et infra Mensem debeat ipsam causam contradictionis prosequi, et finire, alioquin a dicto Mense in antea, si non fuerit contradictum compromissum, et laudum inde latum firma permaneant. Et possit, et debeat executioni mandari omni exceptione, et contradictione remotis. Et nihilominus Judex possit, et debeat partem contradicentem in expensis factis in Causa ipsius contradictionis, si contingat contradicentem succumbere, vel non esse prosequtam infra dictum tempus contradictionem, et petitionem contradictionis, sive reductionis ad arbitrium boni Viri condemnare. Et ipsas expensas facere refici de facto infra octo dies omni appellatione, et exceptione rejectis. Et predicta locum habeant in compromissis, et Laudis imposterum faciendis. In preteritis vero pendentibus, et non pendentibus currat tempus unius Mensis a die facte confirmationis presentis ad prosequendum, et finiendum modo, quo supra. Alias autem sit firmum laudum, et arbitrium tam inter Conjunctos, et Extraneos, et executioni mandetur, nulla contradictione, appellatione, et exceptione obstantibus. Et si contradicens obtinuerit, Ille, qui meruit arbitrium habere, habere possit recursum, et appellare ad Judicem Capitanei. Qui Judex teneatur, et debeat summarie sine strepitu, et figura Judicij infra vigintiquinque dies a die interposite appellationis ex eisdem actis cognoscere, et diffinire ipsam Causam, et ejus sententie, et diffinitioni stetur, appellatione aliqua non obstante. Elapsis vero dictis XXV. diebus, si dictus Judex non pronumptiaverit, rata maneat sententia. Et si dictus Judex dictam Causam non diffiniverit infra dictum tempus requisitionis, quod teneatur, et debeat resarcire appellanti omnia dampna, et interesse, de quibus stetur juramento ipsius, qui appellaverit, et tempore Sindicatus de predictis teneatur Sindicetur. Et in unoquoque dicto-

rum casuum teneantur Arbitri, seu Arbitratores ipsas Causas diffinire infra triginta dies. Et nihilominus Potestas, Capitaneus, et quilibet alius Judex, qui de hoc fuerit requisitus, teneatur cogere dictos Arbitres, et Arbitratores diffinire Causam sibi, vel eis commissam infra dictos 30. dies a die receptionis ipsius arbitrij. Et nihilominus Judex Potestatis parti petenti in decem lib. denar. quilibet ipsorum debeat condempnari, nisi de partium voluntate terminus predictus fuerit prorogatus, vel per ipsas partes steterit, quominus infra dictum terminum potuerit terminare. Insuper ordinamus, et dicimus, quod Judex dñi Potestatis, vel Capitanei, et eorum quilibet, coram quo petetur, ad petitionem cujuscumque petentis teneantur, et debeant quicumque arbitri essent in discordia ipsos Arbitres, et partes coram se facere evocari, et eis vocatis, si invenerint ipsos in discordia terminandi Causam Compromissi in eos, qui cogat partes ad eligendum tertium. Et in ipsum tertium, qui sit neutri parti suspectum ponat, et committat ipsam Causam terminandam una cum dictis Arbitris, vel altero ipsorum. Et proinde habeatur, ac si per ipsas partes fuisset in eum a principio commissum. Et si aliqua partium recusaret, seu nollet eligere tertium, quod Judex, coram quo petetur, ipsum tertium neutri parti suspectum eligat per se ipsum. Et si aliqua partium esset contumax, seu nollet comparere ad eligendum ipsum tertium, quod factis de eo duabus legitimis Citationibus ex parte dicti Judicis, eo ipso etiam Judex possit, et debeat eligere, et ponere dictum tertium. Qui tertius Causam ipsam sibi commissam teneatur cognoscere, et videre una cum dictis Arbitris, vel altero eorum, et ipsam finire, et terminare infra ~~dictum~~ tempus predictum, nisi terminetur, ipse prorogaretur de partium voluntate. Et eidem tertij una cum dictis Arbitris, vel alterius eorum Laudo, et Sententie stetur, ac si prolatum, et datum esset per Arbitros ambos ipsos. Et si contingeret, quod Arbitri, in quibus compromissum esset, et tertius predictus in casu, in quo electi essent cohacti in Palatio Comunis Fulginei ad petitionem alterius partis compromittentis, quod inde non

possit

possit recedere modo aliquo, nisi primo tulerint eorum arbitrium. Et si recederent inde puniatur quilibet ipsorum Arbitrorum in 50. lib. denar. Et quod nec Potestas, nec Capitaneus, nec aliquis alius Officialis Comis Fulginei possit eis, vel alteri eorum dare licentiam recedendi de loco, in quo essent detenti ad penam prestiti Sacramenti, et Centum lib. denar. de suo Salario. Et si contigerit, eo casu cum personaliter detineretur in Palatio Arbitri supradicti, ut ferans Arbitrium quod spiraretur compromissum lapsu temporis triginta dierum, et post ipsos triginta dies ferenentur, vel feretur ipsum Laudum, vel Arbitrium per ipsos Arbitros, ad que ferenda cogantur etiam post ipsos XXX dies solum cum essent cohacti infra tempus Compromissi, quod nichilo minus ipsum Laudum, Sententia, Mandatum, seu Arbitrium, qui, et que ferenentur per ipsos omnes tres, vel majorem partem ipsorum non vicientur ex hoc, sed potius valeant, et teneant, ac si lat., et dat. essent infra triginta dies computandos a die acceptationis facti Compromissi. Et hoc locum habeat in Compromissis imposterum fiendis.

Rub. LXXXXI. p^me^ partis Stat. Comis.

De Usuris, & mutuantibus ad Usuram.

Item ad obviandum vorocitati, et cupiditati Usurariorum, qui obliti sunt facere Misericordiam, et prosequuntur homines pauperes, et mendicos, et ultimo compunctos corde carceribus faciunt macerari, presenti ordinamento, et Statuto firmamus, quod ad convincendum ipsos Usurarios de Usuris, et Usuraria pravitate, et eorum Instra, et cautiones, que semper in fraudem Usurarum, et in majori quantitate, que fuerit vera sors facere consueverunt, propter quod Fulginatum facultas in brevi exauriunt. Statuimus, et ordinamus, quod habeantur, et intelligantur esse Usurarij omnes, et singuli Judei eo ipso, quod sunt Judei sine aliqua probatione, et ipsorum Instra, et cautiones omnia, et singula intelligantur, et habeantur feneratitie, et feneratitia, et confecte, et confecta in quadruplo, quod fuerit vera sors, nisi Judeus probaverit per testes legitimos de majori sorte. Ita quod quarta pars intel-

ligatur tantum vera Sors ejus quod continetur in cautione, seu Instro. Et si
Christianus vellet probare, quod fuerit confectum Instrum, seu cautio ultra qua-
druplum quod admictatur ad probandum. Et in id tantum debeat fieri execu-
tio, quod tantum fuerit vera Sors, et non in pluri. Et quia reperiuntur quam
plurimi Christiani in Civitate Fulginei, et ejus districtu in ipsorum Anima-
rum periculum, et dedecus Fulginei, et Civitatis prefatę eorum famę non paren-
tes usurarum Civium divina lege prohibente in humanum dampnum exer-
cere volentes animarum periculis obviare. Et ne Civitas antedicta ex pa-
tientia divinę Majestatis incurrat offensam ad evitandam ipsam ultionem
divinam prohibemus omnino, quod nullus Christianus audeat per se, vel alium
exercere usurariam pravitatem in Civitate Fulginei, vel ejus districtu. Et
si inventus fuerit aliquis exercere, quod absit eorum Instra, et cautiones ne-
quaquam executioni mandetur, nisi in vera Sorte. Et ad probandum ali-
quem esse usurarium sufficiat unus Testis deponens cum duobus Testibus de pu-
blica voce, et fama, vel duo Testes, qui dicant se solvisse Usuras, vel alios vidisse
se solvere etiamsi fuerint singulares, habitaque probatione predicta, vel aliqua
predictarum eorum Instra, et cautiones presumantur esse confecta in quadruplo,
ultra quod fuerit vera Sors, nisi probaret legitime per Testes cum effectu de majo-
ri Sorte. Salvo quod si Creditor vellet probare Instrum confectum fuisse de majo-
ri quantitate, quod admictatur ad probandum, et in id tantum debeat fieri execu-
tio, quantum fuerit vera Sors, et non in plus. Et per predicta non intendimus
derogare Statuto Populi in quantum loquitur de Usuris, et contra Instra Usu-
rariorum, et ipsos Usurarios. Et idem volumus observari in Mulieribus exercen-
tibus pravitatem.

Rub. LXXXXII. pmę partis Stat. Comis.
De Alimentis prestandis Mulieribus.

Item dicimus, et ordinamus, quod si contingat aliquam Mulierem seor-

sum

sum à Viro suo manere suspicantem de Viro suo offendi culpa ipsius Viri, Potestas, et ejus Judex, et Capitaneus Populi dictæ Civitatis teneantur, et debeant vinculo Juramenti omni occasione, et exceptione remotis constringere Virum ipsius Mulieris, qui ipse ipsi suæ Uxori prestare debeat Alimenta opportuna secundum quantitatem dotis, et facultatem Mariti. Ita tamen quod dicti Officiales, et quilibet ipsorum teneantur, et debeant ipsi Mulieri Alimenta decernere, et dari facere pro Alimentis die qualibet octo denar. pro quolibet Centenario dotis suæ usque in CC. lib. denar. Et ab inde supra pro quolibet Centenario pluris sex denar., vel alteri pro ea persona legitima. Et tam diu dicta Alimenta prestentur, quàm diu ceteris Maritus dictæ talis Mulieris, qui eam non reduxerit cum effectu, et securitatem prestiterit, qui eam non offendet ultra quod deceat, et à jure permictatur. Si vero Uxor non habuerit, seu haberet dotem secundum facultatem Viri, sicut Judici videbitur, qui Causam cognoverit, Alimenta decernantur, et decreta prestent. Qui Potestas, et ceteri Officiales per se dividant, et decernant Alimenta predicta infra decem dies postquam coram eis, vel altero ipsorum exponentur, et querela facta fuerit per ipsam Mulierem, vel conjunctam personam pro ea, vel ejus nomine. Et à tali decreto, et diffinitione non possit, nec debeat appellari. Et idem dicimus de Viduis. Et si predicti Potestas, et Capitaneus, vel eorum Judices, et Officiales in predictis fuerint negligentes, et non duxerint ad effectum in XXV. lib. den. Comi Fulginei vice qualibet condemnentur quilibet predictorum, qui contrafaceret. Et nihilominus dictus Capitaneus intendat ad executionem premissorum, Statuto aliquo Comis, vel Populi dictæ Civitatis, quod in contrarium loqueretur, non obstante. Et quicquid dictus Capitaneus fecerit in premissis, valeat, et teneat, et plenam obtineat roboris firmitatem. Et hoc Capitulum sit precisum in qualibet parte sui. Et idem dicimus de Viduis, et Mulieribus alijs, quæ remanserint Viduæ, in quibus dotes non fuerint restitutæ, quibus Officiales dictæ Civitatis faciant Alimenta dari, et decerni quousque dotes, et augumenta dotium eis fuerint integrè restitutæ. Et hoc locum habeat in presenti, preterito, et futuro. Item quod nulla persona possit, nec debeat petere, seu peti facere pro dote

alicujus Mulieris malę conditionis, et famę mortus, eo quod Mulier sui culpa, et defectu fuerit, seu stetisset seorsum in tempore suę Mortis a Viro suo. Et ad probandum, quod talis Mulier fuerit malę famę predictę sufficiat probatio quinque Testium de publica fama. Et quod si Pater alicujus esset in necessitate, seu Mater alicujus, ipse talis Filius, vel Filij debeant ipsum Patrem, et Matrem gubernare, et dare eis expensas necessarias saltem Victum, et Vestitum secundum formam suę facultatis, et possibilitatis. Et Potestas, et cęteri alij Officiales Comis Fulginei teneantur, et debeant observare omnibus petentibus coram eis, vel quocumque ipsorum. Et quilibet possit petere nomine Patris, et Matris dicta alimenta sine Libelli oblatione, summariè, sine strepitu, et figura Judicij, et sine salario aliquo solvendo, omni exceptione rejecta.

Rub. LXXXXIII. pme partis Stat. Comis

De Successionibus Mulierum ab intestato.

Item statuimus, et providemus, quod nulla Mulier si dotata fuerit a Patre, vel Matre, Avo, vel Proavo, Avia, vel Proavia, seu per verba de presenti desponsata, legitime possit venire ad Successionem ab intestato Patris, vel Matris, Avi, Proavi, Avię, seu Proavię, donec supersit aliquis Masculus natus ex legitimo Matrimonio de linea, et Stirpe Masculina descendente omnium predictorum, vel alicujus ipsorum a quocumque dotata esset. Nec etiam possit venire ad Successionem descendentis, seu descendentium ex aliquo predictorum, donec supersit aliquis Masculus predictorum descendentium a predictis. Nec Mater succedat Filio suo, seu Filię superstite, seu superstitis Fratre ipsius descendentis, seu Fratribus, vel Nepotibus Masculis ex eodem Matrimonio, et ex eisdem Parentibus procreato, seu procreatis, seu Patruo, vel Patruis ipsius decedentis. Si vero dotata fuerit a Fratre Carnali, seu Sorore Carnali, seu a se ipsa, et per verba de presenti desponsata, non possit venire ad Successionem ab intestato Fratris carnalis, vel Sororis ipsius Mulieris ex utroque Parente conjunctorum, superstite alio Fratre carnali Masculo ipsius decedentis

decedentis Filio, vel Filijs ipsius Fratris tantum. Si vero a Patruo, vel Amita dotata fuerit, et per verba de presenti desponsata, non possit venire ad Successionem ab intestato ipsi dotanti Fratri ipsius dotantis, vel Filiorum ipsius existente Fratre dotantis Filio, vel Filijs ipsius Fratris Masculis tantum. A quocumque autem predictorum fuerit dotata, et per verba de pn̄ti desponsata, non possit venire ad Successionem predictorum, vel alicuius ipsorum, nisi modo, et forma predictis. Et quod in casu quocumque, in quo secundum formam dicti Capituli Mulier dotata repelleretur ab intestato, si viveret a cuiuscumque Successione repellantur eius Filij, et Filie, et ab eadem descendentes. Et quod nulla Mulier dotata possit petere supplementum legitime, sed suo Legato contenta sit. Et si quā peteret, super ipsa petitione non debeat aliquatenus audiri.

Rub. LXXXXIIII. p̄me partis Stat. Cōmis.

De Mulieribus decedentibus ab intestato, & Quanta Dotis applicanda Marito.

Quoniam Statuta quamplurima pro temporibus retroactis in Civitate Fulginei noverimus fuisse facta de infrascripta materia ipsa, que Statuta in dicta Civitate viguisse, et roboris firmitatem habuisse plenissimam. Et maxime in Statuto Populi Civitatis Fulginei inter cetera facto Anno Dñi Millesimo trecentesimo quarto decimo scripto manu infrascripti Johannis Avelardi Notij positi, sub Rubrica De et. Et sub Anno Dñi Millesimo trecentesimo vigesimo octavo scripto manu Magistri Janni Pugori Notij, quod quidem Statutum hodie viget, et locum habet in Civitate predicta. Et inter predictorum temporum intervalla propter quorumdam Malignantium occupationem, malitiam, atque subtractionem, quas factas esse reperimus de pluribus Statutis de dicta materia factis, et tam Populi, quam Cōmis ipsa Statuta facta nequeant quolibet reinveniri, propter que Fulginates quamplurimi dampna plurima incurrerunt. Volentes huic morbo salubrem apponere medicinam, et ne amplius aliqui dampna aliqua incurrere valeant, sive possint, quia Juri alienum esse reperi-

115v

mus, ut alterius culpa aliquis adgravetur. Hoc presens Statutum statuimus, atque firmamus, quod si aliqua Mulier, que habetet, vel habuisset tempore sui obitus Maritum, que decessisset hactenus, seu que decederet in futurum intestata sine legitimis Filiis ex dicto Marito, et ex ipsa natis, quod quarta pars dotis illius talis Mulieris, que sic decessit huc usque, seu que decesserit in futurum, veniat in dictum suum Maritum, et ei auctoritate presentis Capituli applicetur pleno jure, capitulo aliquo, quod loqueretur in contrarium, non obstante. Et quod Instrumentum dotale, aut confessionis dotis fact. per ipsum Maritum, vel alium pro eo ipsius talis Mulieris, que sic decessisset, seu decesserit in futurum, non possit aliquo modo executioni mandari contra dictum ejus Maritum, vel bona ipsius ad petitionem alicujus persone super dicta quarta parte dotis. Et quod petens ipsum Instrum executioni mandari non audiatur in jure super dicta quarta parte. Et predicta valeant, et locum habeant in presenti, preterito, quod videlicet a dicto Mill.° iii quarto decimo, et citra, et per ipsum tempus, et etiam in futuro. Et predicta plene valeant, et teneant, et locum habeant in quolibet casu pro dicto tempore, nisi per predicta nolumus, quod sopita, et finita per sententiam alicujus Judicis Comis Fulginei, vel per Arbitros assumptos, vel per quietationem factam de dicta quarta, possint quoquo modo resuscitari, nec modo aliquo retractari. Et quod si ob subtractionem alicujus Statuti aliquis fuisset dampnificatus tempore preterito, quod auctoritate presentis capituli sit in pristinum statum, et quod nihilominus Jus, quod primo habebat, prosequi possit, aliquibus non obstantibus.

Rub. LXXXXV. pime partis Stat. Comis.

Quod Bona data pro Dote alicujus Mulieris adjustentur.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Mulier bona Viri sui, vel alterius persone pro dote sua habuerit obligata, et noluerit Mariti creditoribus respondere, seu de Credito satisfacere alicui persone, que haberet, vel cui obligata

obligata essent bona Viri, habeat ipsa Mulier de bonis sibi obligatis tantum quantum capit summa sue dotis. Et de hoc stetur examinationi duorum Amicorum proximiorum dicte Contrate, in qua bona jacent, qui ab ipsa Muliere, et Creditoribus eligantur. Alioquin per Curiam, seu per Judicem, coram quo esset questio. Et quicquid ipsi Mulieri modo predicto fuerit adjudicatum, habeat, et teneat ipsa Mulier, et non plus. Et superfluum pro debito Viri Creditori, vel Creditoribus ad ipsorum petitionem dimittere teneatur. Et si aliquis Creditor, vel Creditores Mariti ipsius Mulieris voluerit eidem Mulieri de dote sua integrè satisfacere in pecunia numerata, vel alia re, de qua concordaverint inter se, seu quod ipsa Mulier teneatur bona Viri, vel alterius sibi obligata dimittere ipsis Creditoribus, seu Creditori Viri ipsius Mulieris, et pecuniam recipere, vel aliam rem, de qua concordaverint inter se. Et predicta intelligantur eo casu, quo ipsa Mulier potior est in Jure.

Rub. LXXXXVI. pme partis Stat. Comis.

Ut si quid datum fuerit in augumentum dotis alicui Mulieri, valeat.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Mulier constante Matrimonio aliquid dederit alicui in augumentum dotis Viro suo, quod talis datio valeat, et teneat, et non obstante quod si Vir non dabit Uxori tantum quantum Maritus receperit in augumentum dotis ab Uxore sua, et hoc valeat in presenti, preterito, et futuro.

Rub. LXXXXVII. pme partis Stat. Comis.

De alienarum litium redemptoribus.

Item quoniam litium redemptoribus, in quibus inest effrenata cupiditas, et avaritia inhonesta, que cunctorum malorum Mater est, et radix existit, mandamus, et presenti lege sancimus, quod nullus Advocatus, Procurator, sive Notarius,

et quavis alia persona de Civitate Fulginei, et ejus districtu, Clericus, vel Laicus alienarum litium redemptores existant per se, vel alium, nec recipiant ab aliquo, seu aliquibus Creditoribus, Mare, vel Muliere, Capitulo, vel Collegio, ac etiam Universitate Jurium cessione contra aliquem Fulginatensem, et si receperit, non valeat quoquo modo, si presentis ordinamenti potestate, cassa sit, et vana, et nullius valoris. Et quod Judex, et Officiales Comis Fulginei non audiant aliquem de predictis vigore dictorum Jurium cessionum, et qui contrafecerit, si Advocatus fuerit, sive Procurator, ab officio Advocationis, et Procurationis suspendatur per annum, et si alie persone in Centum lib. den. Comi Fulginei condempnentur.

Rub. LXXXXVIII. pme partis Stat. Comis.

De Donationibus non faciendis.

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla donatio in futurum fieri possit a XXV. lib. den. supra, nisi fiat in presentia Potestatis, vel Judicis, et trium Consanguineorum proximiorum illius, qui donationem fecerit, et si aliter fieret, presumatur fictitie facta, et non valeat ipso jure. Et hoc capitulum bandiatur, ut non possit aliqua partium ignorantiam pretendere de predictis, et ad omnem dubitationem removendam. Statuimus, et declaramus, ut hoc Statutum debeat intelligi in donationibus factis inter vivos, et non causa Mortis. Que donationes causa Mortis presentes, preterite, et future valeant absque dicta Solemnitate. Cum ipsa sit intentio condentium hoc Statutum.

Rub. LXXXXIX. pme partis Stat. Comis.

De his qui habent Instrumentum omnium Bonorum, vel majoris partis.

Item cupientes veritatem omnibus fictionibus prevalere, hoc Statuto firmamus, et ordinamus, quod si aliquis habuerit Instrumentum omnium Bonorum, vel majoris partis

tis Bonorum alicujus sub quocumque titulo factum, et post ipsum Instrumentum alienationis alienans remanserit in possessione usque ad mortem suam, sive per plures annos, quod ipsum Instrum presumatur fictitium, et simulatum, nisi fuerit factum in presentia Potestatis, vel alicujus Judicis, et ipsius trium Consanguineorum proximiorum. Et si fuerit venditio, nisi probetur de vera solutione per ipsos Consanguineos, si vixerint. Et idem volumus observari in re singulari alienata, si alienans remanserit in possessione rei alienate per quinque annos, non obstante quod alienans constituerit se nomine ejus precario possidere, nec sufficiat ementi, vel recipienti allegare, vel probare, quod alienans constituit, se nomine recipientis precario possidere. In venditione tamen rei singularis non requiratur solemnitas predicta, videlicet requisitionis, et presentie Potestatis, Judicis, vel Consanguineorum.

Rub. C. pme partis Stat. Comis.
De debito non petito infra decennium.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis habet aliquod Instrumentum de pecunia numerata, vel numeranda, et illud debitum, vel pecuniam Creditor non petierit a debitore, vel fidejussore, sive ab illo, qui esset cum fidejussione insolidum obligatus infra decem annos post completum terminum, sive tempus in Instro conventum, nisi pignus haberet obligatum, datum, vel traditum, sive appareret in Instro, sive non, vel nisi fuerit minor, vel mente captus, vel non habens Tutorem, vel Procuratorem generalem, vel absens non habens Procuratorem, ex tunc non audiatur. Et si debitum petitum non sit non obstante, sed quicumque voluerit uti aliquo Instro in Civilibus, ipsum Instrum ostendere debeat debitori coram Judice, salvo quod Patri contra Filium, Fratri contra Fratrem, Patruo contra Nepotem carnalem, Matri contra Filiam, et e converso usque in tertium gradum non currat tempus infra X.X. annos a die celebrati contractus, et a dicto tempore X.X. annorum ultra, non audiatur. Exceptis Instris dotium Marganatis, in quibus habet locum Jus Commune, relicta tamen forma religiosis personis, non obstante Capitulo possint exigi, atque peti. Et si aliqua persona habuerit Instrum debiti cujuscumque quantitatis, quod excesserit dictum

tempus, secundum distinctionem temporum, et personarum supradictarum, et voluerit deferre juramentum debitori suo, vel ejus heredibus, qui voluerit se credere, et stare, si satisfactum est de ipso debito ipsi Creditori, vel ejus heredibus, et juraverit, Reus absolvatur. Et si confitebitur debitum, cogatur ad solutionem faciendam, si vero jurare noluerit, debitor, vel ejus heredes ipsum debitum Creditor, et ejus heredes petere possint, et exigere, non obstante prescriptione predicta, ipsum debitum. In premissis vero debitis, ubi non adjecta est conditio existens, vel rei existentis, ubi esset in diem, incipiat currere tempus, a die celebrati contractus, nisi petitum fuerit infra decem annos coram Judice competente. In conditionalibus autem incipiat currere tempus a die conditionis in antea. Et predicta valeant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

Rub. CI. p^me partis Stat. Co^mis.

De Rebus mobilibus datis in tenutam qualiter vendantur.

Item dicimus, et ordinamus, quod res mobiles in tenutam date sive contumaciter, sive diffinitivè teneantur per Creditores per unum Mensem, et elapso Mense liceat ei vendere, dummodo post Mensem protestetur, vel denuntiet debitori suo personaliter, vel ad domum, audientibus Convicinis, ut ipsas res recolligat, et post ipsam protestationem per tres dies expectet debitorem, et postea subhastetur, et plus offerenti detur, et justum debitum cum expensis Creditor penes se retineat, et superfluum restituat debitori. Et si quid defuerit integrè, sibi remaneat actio petendi. Et Judex teneatur de aliis bonis debitoris facere adimplere. Et illud idem dicimus de Pignoribus conditionalibus, salvis pactis factis inter Contrahentes. Et hoc locum habeat inter Cives nostros solventes Datia, et Collectas. Et quod extra Civitatem Fulginei, et per Comitatum vadant Bajuli ad subhastandum ipsas res.

Rub. CII. p^me partis Stat. Co^mis.

De rebus immobilibus datis in tenutam qualiter vendantur.

Item

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua tenuta data fuerit alicui Creditori de bonis immobilibus alicujus debitoris per Curiam, et Officiales Coñis Fulginei sive contumacitèr, sive diffinitivè pro aliquo debito, vel ab ipso debitore data fuerit ipsa tenuta, ipse Creditor ipsam Tenutam teneat per tres Menses. Quibus elapsis liceat Creditori ipsam Tenutam vendere, facta prius Subhastatione tribus vicibus in hac forma videlicet. Quod primo subhastetur in Contrada, in qua debitor cum sua Familia habitat, et consuevit habitare, et post ipsam Subhastationem factam expectet Creditor per unam diem, secundo per intervallum unius diei, et tertio subhastetur in Scalis Palatij Coñis Fulginei, et expectet Creditor per unam aliam diem, et postea vendatur, et plus offerenti detur. Dummodo post dictas Subhastationes, et Bandimenta denuntiet debitori suo, ut ipsam rem recolligat, et ipsum per tres dies expectet post denumptiationem. Si vero debitor fuerit absens a Civitate Fulginei, Creditor ipsam denumptiationem facere teneatur ad Domum, in qua Debitor consueverit habitare, presentibus aliquibus Convicinis. Et his peractis possit ipsam vendere sine Curie requisitione. Que Subhastationes, et Bandimenta, atque protestatio, et denumptiatio scribantur, et reducantur in publicam formam per quemcumque publicum Notarium de Civitate, vel Districtu Fulginei. Et si aliter fierent predicta, nisi ut superius est expressum, non valeant, nec habeant roboris firmitatem. Et Tenuta rerum immobilium valeat tertium plus debiti declarati. Et liceat postmodum Creditori dictam rem vendere bona fide, et sine fraude, et plus offerenti dare, et justum debitum cum expensis penes se retinere, et superfluum restituere Debitori. Et si quid defuerit integrè, sibi remaneat pro illo actio repetendi. Et si non inveniretur Emptor dictarum rerum immobilium, tunc dicte res immobiles in tenutam date adjudicentur Creditori insolutum per dictos Officiales, qui de Causa cognoverint pro justo, et competenti precio, et sicut valet ipsa res in Contrata, ubi jacet, secundum extimationem fiendam per dictos Convicinos ipsius rei, qui per ipsum Judicem ponantur, et cogantur, neutri tamen Parti suspectos summarie ad ipsam extimationem fiendam. Et cogatur Debitor ad

faciendum Justorum illius rei ad petitionem debitoris. Et fructus primo anno percepti ex ipsa re sic data, et vendita computentur in sortem. Et idem dicimus de Pignoribus conventionalibus, salvis pactis factis inter Contrahentes. Et dicta venditio per Creditorem facta, servata in omnibus solemnitate predicta valeat, et teneat, ac si facta esset per ipsum debitorem dominum dicte rei. Et quod extra Civitatem Fulginei, et per Comitatem ejus ad bandiendum, et subhastandum ipsas res, ubi jacet, et expedit fieri, vel bandiri, vadant Bajuli dicti Comunis. Et quod per eos in ipsis Bandimentis, et subhastationibus factum fuerit, plenam habeat roboris firmitatem.

Rub. CIII. p͞rme partis Stat. Comis.

Ut tenutę datę per Curiam defendantur.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Tenuta data fuerit legitime de Bonis alicujus debitoris, sive per Curiam, et Officiales Comis Fulginei, sive per Judicem ordinarium, in quem Partes consueverint quibuscumque Creditoribus contra quoscumque debitores, Potestas, et Capitaneus, et eorum Judices precise teneantur, et debeant ipsam Tenutam defendere, et Creditorem, seu Creditores mittere in Tenutam, et inducere, et defendere in possessionem ipsius, sive possideat, sive non, et sine inquietatione aliqua in ipsa Tenuta conservare, et facere conservari. Et teneatur ad petitionem partis petentis mandare unicuique molestanti, ut ad penam decem lib. den. Comi Fulginei applican., ut inductum modo predicto in tali Tenuta, et possessione non molestet. Et intelligatur sive Creditor, vel alius pro eo possideat ipsam Tenutam, sive non possideat. Et qui contrafecerit in dicta pena decem lib. den. per ipsum Potestatem, vel Capitaneum debeat condempnari, et in majori quantitate, inspecta qualitate persone. Et si Potestas, Capitaneus, sive Rector predicta non fecerint, perdant de eorum salario quinquaginta lib. den. Et nihilominus inductus in Tenutam defendere

teneatur

teneatur, et etiam conservare in ea. Et si aliqua Tenuta data fuerit alicui Creditori per suum debitorem pro aliquo debito, sive re, sit rata, et firma, ac si data esset per Curiam, et acceptio ipsius Tenutæ, sive rei valeat, et teneat, sicut per Curiam data esset.

Rub. CIV. primæ partis Stat. Comis.

De contemptione inter Creditores, quis potior sit in Jure.

Item dicimus, et ordinamus, quod si contentio oriatur inter Creditores de Bonis alicujus debitoris, quis eorum potior sit in Jure possessionis, sive hypotecæ, Judex coram quo quæstio debet ventilari, ad petitionem unius, vel plurium petentium cognoscere debeat sine libello, visis Instris hinc inde, et Juribus utriusque partis, et potiorem in possessionem mictere, et ipsum in ea defendere, non obstante si talis immissus non inveniatur in ipsa possessione. Et de predictis cognoscere possit Judex Potestatis, coram quo quis ob id voluerit litigare, et ipsas quæstiones, vel quæstionem teneatur, et debeat diffinire, et terminare breviter, et summariè sine strepitu, et figura Judicij. Et illi, cui fuerit primo res obligata, possessionem ipsius rei dari faciat, et ipsum in possessionem ipsius rei defendere debeat, et teneatur, et secundum Creditorem removere, nisi offerat primo Creditori debitum. Et hoc locum habeat in conventionali Pignore. In preterito vero fiat adjustatio pro mensura debiti declarati.

Rub. CV. primæ partis Stat. Comis.

Ut Potestas de Contractibus non scriptis faciat fieri publica Instrumenta.

Item dicimus, et ordinamus, quod de omni Contractu non scripto, de quo non appareat publicum Instrum, si Pars probaverit verà esse, quæ petit, et voluerit inde fie-

ri publicum Instrum, Potestas, et Capitaneus teneantur facere fieri publicum Instrum, et tunc recipiantur Testes, et jurent dicere veritatem, et publicentur, et eis plena fides adhibeatur. Et predicta omnia faciant summarie, et sine oblatione libelli litis contestatione, et sine strepitu, et figura Judicij.

Rub. CVI. p^me^ partis Stat. Comis.

Quod Potestas, & Capitaneus faciant observare omnes promissiones, & pacta.

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus, sive Rector, et eorum Judices, et alij Officiales Civitatis Fulginei teneantur, et debeant facere observari omnes promissiones, pacta, et conventiones inter quascumque personas legitime factas, nisi legitimis exceptionibus lederentur.

Rub. CVII. p^me^ partis Stat. Comis.

Qualiter extrahantur Rogationes Notariorum mortuorum.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis ex nostris Notarijs, qui consueverint facere publica Instra mortuus fuerit, et admiserit, seu reliquerit Rogationes suas embreviaturas, seu Protocolla, et alia quecumque Acta alicui Notario, ipse Notarius, cui commissio facta esset, seu fuerit, teneatur exemplare, et copiare de originali in publicam formam, sicut melius sibi visum fuerit per se sine fraude, prout facien cognoverit ipsum Contractum in publicam formam reducere, et reddere possit, et teneatur persone, cui deberetur, et pertineret. Et in quantum dicti Contractus, seu Rogationes extense non essent, possit, et debeat dictus Notarius extendere, et ordinare cum capitulis necessarijs, prout solitus

erat

erat scribere, et ordinare Notarius mortuus, ut etiam Notarius absens a Civitate Fulginei, et Districtu, cujus fuissent dicti Contractus, seu Rogationes in talibus Contractibus, vel similibus. Et talibus Contractibus extensis, et ordinatis in publicam formam redigere possit, et debeat. Ita tamen, quod ob talem extensionem, et ordinationem, quæ fieret per dictum Notarium, cui commissum fuerit, et penes quem essent Rogationes, et Contractus prædicti, de ipsis Contractibus, et Rogationibus in aliquo facti substantia non mutetur, et in pactis Contrahentium nil minuat, neque addat. Qui Notarius recipiat duos Solidos, et sex. den. pro Instr.o, et Testamento decem Solidos. Si Testamentum continebit quantitatem Centum lib. den., et ab inde supra. Si vero a Centum lib. infra continebit Sex Solid. den. pœna Centum Solid. den., et majori, et minori quantitate, inspecta qualitate ipsorum Instrorum, et Testamentorum, prout Potestas, vel ejus Judex, et Officiales decreverint. Et possit ipsa publicare, et reddere, et restituere ad mandatum Potestatis, seu Judicis sine publicationis illius Notarij, qui scripsit ipsas Rogationes, et Contractus. Et si non contineatur renuntiatio appellationis, et sine libelli petitione, et pœnæ dupli, et sub obligatione suorum bonorum, et aliæ solemnitates, et rogat. illa die, cui commissum est, vel fuerit, teneatur adimplere, sicut Notarius mortuus facere consuevit in suis Instris, et ponebat dum vivebat. Et idem servetur in Scripturis rogatis in Contractibus Notariorum infirmorum, vel absentium, qui fuerint casu aliquo adgravati. Et nullum aliud Capitulum huic Capitulo contradicat. Et cuicumque, vel quibuscumque ipsæ Rogationes, seu Protocolla pertinuerint, dictus Notarius reddere teneatur, et non alijs. Et cuicumque Notario commissum fuerit Rogatio Notarij mortui, vel Notariorum mortuorum possit ex ipsis ipse extrahere publica Instra in publicam formam, restituere, et dare teneatur absque commissione, et licentia alicujus Consilij generalis Comis Fulginei, et sine subscriptione aliorum Notariorum. Sed tantum modo subscriptio illius Notarij, cui commissum fuerit, sufficiat.

Et valeat, et teneat, ac si publicata, et facta essent cum omnibus, et singulis capitulis, quę requirantur a Jure, et cum licentia dicti Consilij, et auctoritate Judicis ordinarij, et alijs solemnitatibus omnibus a Jure permissis. Et cuicumque ipsę Rogationes, seu Protocolla commissa fuerint in sua persona habeat potestatem, et apud se debeat retinere. Item, quod quilibet Notarius nostrę Civitatis, et Districtus in quolibet Instro, quod fecerit, teneatur ponere, et scribere Annos Dñi, et quamlibet quantitatem extense, et non abbreviate. Et hoc quilibet Notarius facere teneatur Jure. Commissio vero fieri debeat ab ipso Notario, qui scripsit ipsas Rogationes, seu Protocolla, aut ab Heredibus ipsius, aut etiam a Consilio generali dictę Civitatis. Et quilibet Notarius teneatur, et debeat reddere Instrum, et Testamentum publicum pro Salario, et mercede, ut presenti Capitulo declaratur. Et qui contrafecerit pro qualibet vice in decem lib. den. Comi Fulginei condemnetur. Et hoc Potestas teneatur observare pena quinquaginta lib. den. de suo salario, in quibus, si negligens fuerit, per Sindacum dicti Comis ipsi Comi debeat condemnari. Item quod dictus Potestas, et etiam Capitaneus Populi dictę Civitatis juramento teneantur dare operam efficacem, quod Rogationes, et Protocolla Notariorum mortuorum, et qui imposterum morirentur, deponantur, et deponi debeant apud quemdam bonum, et legalem Notarium dictę Civitatis Fulginei, sicut placuerit Heredibus Notarij mortui, et non apud aliam personam. Et hoc ad petitionem cujuscumque petentis, nomine cujus teneatur secretum infra quindecim dies postquam petitum fuerit.

Rub. CVIII. pmę partis Stat. Comis.

Quod in relictis usque in quantitatem decem libr. sufficiat probatiò trium Testium etiam Feminarum.

Item dicimus, et ordinamus, quod in Relictis, et qualibet alia ultima voluntate

luntate usque in quantitate decem libr. denar. sufficiat probatio trium Testium etiam Feminarum.

Rub. CIX. p^me partis Stat. Comis.

Quod prius conveniatur Principalis, quam Fidejussor.

Item dicimus, et ordinamus, quod in omni debito prius conveniatur Principalis, quam Fidejussor. Et si Principalis non esset idoneus ad solvendum, ad Fidejussorem habeatur recursus. Salvo quod Fidejussores pro Comuni obligati sint principales, et possint conveniri, et constringi pro debito, pro quo sunt obligati Comuni. Item, quod si aliquis noster Civis pro Forense fidejusserit Comuni predicto pro aliquo Mallio, quod ejus Fidejussio valeat, et teneat. Et quod ipse Fidejussor possit constringi, sicut esset principalis persona.

Rub. X. tertie partis Statuti Comis.

Quod nullus vendat Bona sua, seu majorem partem ipsorum causa portandi ad aliam terram.

Item dicimus, et ordinamus, quod nullus de Civitate Fulginei, vel Districtus audeat, vel presumat vendere, alienare, vel aliquem Contractum facere, vel legatum alicui, vel in cambium dare, vel aliquo modo obligare bona sua, vel majorem partem ipsorum bonorum suorum, causa portandi ad aliam terram, et qui contrafecerit in predictis tam ille qui vendiderit, quam ille qui receperit in X. lib. denar. Perus. Comi Fulginei condemnetur. Et hoc si res vendita, alienata, in cambium data, seu legata valet minus decem lib. denar. Si vero plus valet decem lib. denar. uterque ipsorum condemnetur in viginti quinque lib. denar. Comi Fulginei. Et ea talis venditio, donatio, alienatio, et cujuscumque tituli datio, sive legatum non valeat

ipso jure, et eis nulla fides adhibeatur, et si aliquo modo alienatio, vel receptio reperiretur facta, teneatur recipiens solvere datium, et collectam pro eo, cui ipsa bona fuerint. Et nulla persona emat, seu contractum, seu pignus, seu obligationem recipiat ab aliquo forense de aliqua re, seu possessione posit. in Districtu Fulginei, vel in ipsa Civitate Fulginei. Et si aliqua venditio esset facta modo predicto, seu donatio, obligatio, seu quecumque alienatio, seu quodcumque legatum ipso jure sint casse, irrite, et nullius valoris, et eis nulla fides adhibeatur. Et Potestas, sive Capitaneus Civitatis Fulginei teneatur, et debeat ad petitionem cujuscumque petentis facere fieri inquisitionem de predictis, et infrascriptis omnibus infra octo dies postquam ad aures suas pervenerit, vel fuerit inventum hoc factum esse, et quos culpabiles invenerit punire, et condempnare in dictis penis, et bandis, et cuilibet liceat contrafacientem, seu contrafacientes accusare, et habeat medietatem banni, et nomen Accusatoris hic, et in quolibet loco sit manifestum, et si Potestas, vel Capitaneus in predictis extiterint negligentes, vel fraudem commiserint quilibet eorum perdat de suo Salario Centum lib. denar., que Comi Fulginei applicentur, et ad probationem dictarum venditionis, et obligationis sufficiat, si dictus Venditor, vel obligator habitaverit extra Civitatem Fulginei, vel Districtus. Et ad hec manutenenda, et conservanda eligantur tres boni Homines de Civitate Fulginei, videlicet de quolibet Terzerio unus, et habeat quartam partem dicti banni. Et quod nullus de Civitate Fulginei, vel Districtu habens aliquam possessionem juxta, vel prope Confines ipsius Territorij Civitatis, vel aliquorum nostrorum Convicinorum audeat, vel presumat ipsam Possessionem, seu Possessiones vendere, donare, vel modo aliquo alienare, seu obligare alicui forensi, qui non sit Civis, seu Comitatensis Civitatis Fulginei. Et qui contrafecerit in Centum lib. denar. Comi Fulginei condempnetur, et quilibet possit Contrafacientem accusare, et habeat medietatem dicti banni, et nomen Accusatoris teneatur secretum. Et hoc Capitulo ponatur de

Statuto

Statuto in Statutum, et prevaleat ceteris alijs capitulis factis, et fiendis.

Rub. XVI. tertię partis Stat.r Comis.

De quietatione non facienda a Minore Tutori, seu Tutrici sine pręsentia Judicis ordinarij.

Item dicimus, et ordinamus, quod nullus Minor XXV. annorum possit facere quietationem suo Tutori, vel Curatori sine interventu, et pręsentia Judicis ordinarij, vel Potestatis. Et Judices Potestatis teneantur questiones Tutelę, et Curę, et Negociorum gestorum sine aliquo Salario diffinire, et terminare: Nec dicti Pupilli, nec adulti possint eidem tali Curatori aliquam quietationem de Negocijs per eos gestis, et administratis occasione dictę Curę, et Tutelę sine presentia dictorum Judicij ordinarij, vel Judicis D: Potestatis, et duorum Consanguineorum dicti Pupilli, vel adulti. Et si dictę administrationis per eumdem Tutorem, vel Curatorem apparerent dictus D: Potestas Civitatis Fulginei, et Judex ipsius D: Potestatis faciat ipsi tali Tutori, vel Curatori ab ipsis Pupillis, vel Adultis finalem quietationem, absolutionem, remissionem, et pactum de ulterius non petendo, vel agendo de dicta administratione, et Negociorum gestorum sine alicujus Consanguineorum, Pupillorum, seu Adultorum prędictorum presentia, postquam per ipsos Tutores, vel Curatores coram eis fuerint proposita de predictis querela infra decem dies computandos a die Citationis de ipsis Pupillis, vel Adultis factę. Et idem Judex talem Tutorem, vel Curatorem sua Sententia absolvat, et absolvere teneatur ab amministratione, et bonorum, et rerum dictorum Pupillorum, et Adultorum gestione. Et prędicta talis quietatio fiat in pręsentia D: Potestatis, seu Judicis Maleficiorum dicti Comunis, et si aliter fieret, non valeat, nec in se habeat firmitatem.

Rub. XVIII. tertiæ partis Stat. Comis.

Quod quilibet, qui se absentaverit teneatur relinquere Procuratorem, seu Curatorem.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis de Civitate Fulginei, vel Districtu iverit extra Civitatem Fulginei, vel Districtum, teneatur, et debeat relinquere Procuratorem. Et si Minor fuerit teneatur relinquere Curatorem, vel Tutorem. Et teneatur respondere infra XV dies, postquam Citatio facta fuerit ad Domum Absentis per Bajulum Comis Fulginei. Et ipse Bajulus Procuratorem, Tutorem, vel Curatorem citet alta voce. Et si non comparuerit in termino sibi dato possit procedere contra talem Absentem, et hoc locum habeat in presenti, preterito, et futuro, et inter Cives nostros, et infra dictos XV dies non possit procedi contra talem Absentem, nisi primo facta citatione de dictis talibus Procuratoribus, Tutoribus, vel Curatoribus.

Rub. XIX. tertiæ partis Stat. Comis.

De Filijs familias, qui tenent Cambium, seu faciunt Mercantiam, quod possint se obligare.

Item dicimus, et ordinamus,

rei depositæ, seu rerum, de quibus talis Filiusfamilias consueverit negoziari. Et illud idem dicimus de Mercanzia, et de omnibus alijs artibus, excepto quod de

nullo

nullo Filio emancipato habitare separatim a Patre. Item quod quicumque de Civitate Fulginei, vel Districtu exercitare voluerit artem Mercantie, (Mercatoris, et Cansoris debeat dare Fidejussores idoneos Comi Fulginei recipienti nomen omnium illorum, cum quibus facere habuerit de satisfaciendo eis de omnibus que contraverit cum eisdem.

Rub. XXI. tertię partis Statuti Comis.

Quod si aliqua Casalena, seu Ædificia eſsent communia inter aliquos, ex quibus apparent Inſtrumenta, sint rata

Item dicimus, et ordinamus pro bono statu Civitatis Fulginei, et Hominum ipsius Civitatis Fulginei, quod si aliqua Ædificia, seu Casalena essent, vel fuissent hactenus comunia inter aliquas personas Civitatis Fulginei, vel Districtus, et ex predictis Ædificijs, vel Casalenis appareret aliqua Instrumenta Comunis, quod ipsis Instris plena fides adhibeatur. Et quod nullus, qui cauit, vel partem habens in ipsis Casalenis, vel Ædificijs possit facere aliquam novitatem, vel tenutam accipere de dictis bonis comunibus sine voluntate Sotiorum suorum, vel aliorum, qui partem habent in ipsis bonis, seu Casalenis, et Ædificijs secundum tenorem ipsius Instrumenti Comunis, et si faceret, quod non valeat ipso jure, et nullum possit prejudicium esse Sotijs. Et super his Potestas, qui fuerit pro tempore intendat summarie, et cognoscere debeat, et diffinire talem hujusmodi Causam, viso tali Instrumento Comunis. Et hoc locum habeat in presenti, preterito, et futuro.

Rub. CXXXIX. tertię partis Statuti Comis.

Quod quicumque habet unum Starium Terrę, seu minus juxta aliquem, qui tenet a duobus, vel pluribus latis, teneatur ei vendere.

Item dicimus, et ordinamus, quod quicumque habeat Terram in Districtu Fulginei extra Carbonarias novas Civitatis predictę juxta Terram alicujus a quatuor, vel tribus lateribus, et esset unum Starium, vel minus, quod talis habens dictam Terram unius Starij, vel minus circumdatam a quatuor, tribus, vel duobus lateribus ab uno Consorte tantum, teneatur eam vendere ipsi suo Consorti, seu Convicino pro competenti precio, prout declaratum fuerit per duos Amicos comunes ab utraque parte positos, seu ponendos, et ipse talis, qui teneret a quatuor, tribus, vel duobus lateribus hujusmodi Terram, ut dictum est, teneatur emere eam, ut dictum est. Et hoc non intelligatur de aliquo Casaleno.

Rub. XXXVII. tertię partis Stat.^o Comis.

Quod quęcumque Personę ad eorum hospitia, seu Domos ascendunt, seu descendunt per unicas Scalas, non possint vendere.

Item dicimus, et ordinamus, quod si plures de Civitate Fulginei, quod eorum hospitia, seu Domos per unicas Scalas ascendunt, et descendunt, seu ascenderent, vel descenderent in futurum, quod nullus ipsorum Consortium debeat locare ad pensionem, nec alio modo habitationem Domus, seu Domorum suarum sic confinatarum cedere alicui forensi, vel quod suspicatio esset, quod esset malę conditionis, vel sit alterius conditionis, aut esse, vel sit alter ei Convicinus, et Consors. Et quod aliquis Forensis, vel cui Domus, seu confinatio non debeat ad pensionem, nec aliquo alio modo conducere, nec in ea habitare, nec suam habitationem accipere sine licentia, et voluntate talis Consortis, et contrafecerit tam Locator, quàm Conductor, vel laborator, vel jus recipiens vice qualibet in XXV. lib. denar. Comunis Fulginei condemnetur. Et super predictis Judex Mallificiorum procedere debeat ad petitionem cujuscumque petentis.

Rub.

Rub. XXXXII. tertiæ partis Statuti Fulginei.

De hiis, qui habent aliqua Bona communia cum aliquo Forense.

Item dicimus, et ordinamus, et presenti Capitulo statuimus, et firmamus. Quod si quis noster Civis Civitatis Fulginei, vel Districtus ejusdem unus, vel plures habuerint aliqua Bona communia, et pro indiviso, seu Possessiones immobiles, seu mobiles cum aliquo Forense, seu aliqua Persona, quæ non esset, vel non posset in Curia Comunis Fulginei civiliter, vel criminaliter conveniri, vel quod dictus Forensis, vel Persona, quæ non esset nostræ jurisdictionis, vel non posset in nostra Curia civiliter, et criminaliter conveniri, haberet aliquod jus in dictis Bonis, et Possessionibus immobilibus, quod Potestas dictæ Civitatis Fulginei vinculo juramenti teneatur, et debeat ad instantiam, et petitionem cujuscumque Petentis nostri Civis, vel Comitatensis per suas Litteras, vel aliquem Nuncium specialem requirere, vel requiri facere dictum Forensem, seu Personam, quæ non esset nostræ jurisdictionis, vel quæ non posset in nostra Curia civiliter, et criminaliter conveniri, et eidem notificari facere, quod ad certum terminum per eumdem D. Potestatem assignandum comparere debeat coram eo ad faciendum dictam divisionem una cum dictis Civibus, et Comitatensibus nostris habentibus dicta Bona immobilia communia, et si infra dictum terminum assignatum non venerit ipse, nec aliqua legitima Persona pro eo ad faciendum Contractum, et dictam divisionem, quod dictus D. Potestas ex suo officio teneatur, et debeat vinculo juramenti, et ad penam, et bannum Centum lib. denar. de suo Salario eligere, et ponere unum bonum, et legalem hominem, vel plures de illa Contrata, in qua fuerint Possessiones, et Bona immobilia communia, et pro indiviso, ut dictum est pro parte dicti Forensis, vel talis personæ, quæ non esset nostræ jurisdictionis. Et visis, et auditis juribus ipsorum, et examinatis Convicinis nostris, et Comitatensibus faciant cum

dem bonum hominem electum ad dictam divisionem faciendam jurare ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto Libro, ut dictam divisionem cum dictis noſtris Civibus, et Comitatensibus faciat cum dicto tali Forense, seu Persona, que noluerit in dicta noſtra Curia, seu non potuerit civiliter, et criminaliter convenire bona fide, et sine fraude, et de ipsa divisione facere fieri publicum Inſtrum expensis dictorum noſtrorum Civium, vel Comitatensium. Quam divisionem sic factam Poteſtas, et Capitaneus, et uterque eorum teneantur, et debeant vinculo juramenti obſervare, et ratam, et firmam habere, sicut facta eſſet per dictum Forensem, seu Personam, que non eſſet noſtre jurisdictionis, vel nollet, seu non poſſet in dicta noſtra Curia civiliter, et criminaliter convenire una cum dictis noſtris Civibus, et Comitatensibus habentibus Bona communia, et pro indiviso. Et quod ex nunc dicta divisio habeatur pro legitime facta, lege, et Statuto aliquo non obſtante, quod, et que in contrarium loqueretur.

Rub. CXXI. Stat. Populi.

De Teſtamentis Mulierum.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Mulier habens Maritum, et Filium, seu Filios ex eo condidit, seu condiderit Teſtamentum sine presentia dicti sui Mariti, quod ipsum Teſtamentum non valeat, nec teneat, nec habeat roboris firmitatem, et ipso jure pro caſso, et vano, et nullius valoris penitus habeatur. Et ex forma ipsius Teſtamenti alicui Legatario nullum Jus acquiratur, et volens ipso uti, non audiatur in Jure. Item, quod si aliquis Filius Matri sue donaverit, seu venditionem aliquam in forma cujuscumque Contractus fecerit de omnibus Bonis suis, vel majori parte ipsorum Bonorum, et poſt dictam venditionem, seu donationem, vel Contractum dictus ejus Filius mortuus sit, vel fuerit, dicta sua Matre superſtite, quod predicta Mater Filijs, seu Filio dicti sui Filij mortui dicta Bona ei vendita, vel donata a dicto Filio reſtituere teneatur, et facere inde fieri publicum Inſtrum reſtitutionis

tionis sine aliquo precio ad sensum, et voluntatem Sapientis dicti sui Nepotis, seu Nepotum cum omnibus Solemnitatibus necessarijs dicto Instro. Et predicta Potestas, vel ejus Judex precise juramento teneatur fieri facere, et debeat infra quindecim dies postquam petitum fuerit coram eis, vel altero eorum ad petitionem cujuscumque Consanguinei dicti Nepotis, seu Nepotum. Item quod si Maritus dicte talis Mulieris, que condidit, seu condiderit Testamentum, non esset, vel non fuisset in Civitate Fulginei, vel ejus Districtu, seu fuisset, vel erit justo impedimento impeditus, quod ipsa Mulier possit condere Testamentum in presentia Consanguinei ipsius sui Viri, seu Mariti, et sic conditum, dictum Testamentum valeat. Item quod si aliqua Mulier habens Maritum, decessit, seu decesserit intestata sine Filijs legitimis, quod quarta pars dotis ipsius talis Mulieris, que decessit, seu decesserit, veniat in dictum suum Maritum, et ipsi suo Marito penitus applicetur pleno jure, Capitulo aliquo tam Statuti Populi, quàm Comis, quod in contrarium loqueretur huic Capitulo, non obstante. Et quod Instrum dotale ipsius talis Mulieris sic decedentis contra Virum ipsius talis Mulieris, et ejus bona executioni mandari non possit in quarta parte dotis predicte per aliquem Officialem Comis predicti ad petitionem alicujus persone petentis, et si peteret, non audiatur in sua petitione tam Pater, quàm Persona alia cujuscumque conditionis existeret pro parte Mulieris predicte sic decedentis. Et predicta vendicent sibi locum, nec non valeant in Muliere, seu Mulieribus habente, seu habentibus Patrem, et in non habentibus, ac etiam a supradicta parte, que dicat. Item, quod si aliqua Mulier habens Maritum decessit, seu decesserit intestata, Inferius usque ad finem hujus presentis Capituli valeant, et locum habeant in presenti tempore, preterito, et futuro.

Rub. CCIII. Statuti Populi.

De Mulieribus male fame expellendis.

Item dicimus, et ordinamus, quod omnes Mulieres male fame, et conditionis

movantes a Carbonarijs novis intus Civitatem Fulginei penitus expellantur, ita quod ad dictum locum redire non possint, et Capitaneus Populi vinculo juramenti, et pena 50. lib. denar. de suo Salario, ad petitionem cujuscumque petentis, possit, teneatur, et debeat inquisitionem facere de predictis, et quas invenerit Mulieres male conditionis, et fame penitus expelli facere teneatur, et ad predicta probanda sufficiat publica fama Vicinorum, sive Vicinarum usque in quantitate quinque Testium, si fuerint Masculi, si vero fuerint Mulieres Testes usque in quantitatem decem Testium de publica fama fide dignorum, que pro plena, et sufficienti probatione habeatur, Capitulo aliquo in contrarium loquente non obstante.

Rub. CCXXXXIX. Statuti Populi.

Quod Mulier ante ingressum faciendum per eam pro Moniali in aliquo Monasterio possit donationem facere de Bonis suis Patri, aut Matri ipsius, & alijs quibuscumque, quibus ei placuerit.

Item in quodam Statuto Comunis cum contineri dicatur, quod nulla donatio fiat, seu fieri possit per aliquam personam a XXV. libris supra, nisi certa forma tradita per formam alicujus Statuti servata. Idcirco dicimus, et ordinamus, quod Capitulum Statuti predicti sic continens se non extendat, nec locum habeat ex casu, quo si aliqua Mulier intraverit, aut intrare voluerit pro Moniali in aliquod Monasterium, donationem de Bonis suis facere possit, et Bona sua donare Patri, vel Matri ipsius Mulieris donantis, et ipsa donatio per eam sic facta, vel facienda, valeat, et teneat, dicto Capitulo Statuti Comunis, de quo supra fit mentio, seu alio quocumque loqueretur in contrarium, non obstante

obstante, et predicta vendicent sibi locum in presenti, preterito, et futuro, et in donationibus sic factis per Mulieres predictas. Item quod dicta Mulier ante ingressum predictum possit dicta sua Bona in totum, vel in partem donare, prout sibi placuerit, Patri, Matri, Filio, vel Filijs, aut Filiabus, Fratri, vel Fratribus, Sorori, vel Sororibus suis carnalibus, Nepoti, aut Nepotibus suis carnalibus, aut alteri eorum, prout sibi placuerit, et videbitur faciendum, et posito quod non haberet aliquem, vel aliquam ex predictis, possit dicta Mulier ante ingressum predictum ipsa sua Bona in totum, vel in partem donare, et Instrumentum facere donationis cuicumque sibi placuerit, et ipsa donatio, sive donationes dicto modo, et tempore facte, seu facta, valeant, et teneant, et semper plenam habeant roboris firmitatem, Capitulo aliquo Statuti tàm Populi, quàm Comis ante, vel retro positi, quod in contrarium loqueretur, non obstante. Item si aliqua Persona suum conderet Testamentum, seu aliam quamcumque ultimam voluntatem, et in ipso suo Testamento, seu alia quacumque ultima voluntate aliquid de suis Bonis in totum, vel in partem alicui reliquerit, puta Patri, Matri, Filio, seu Filijs, aut Filiabus, et è converso Frater Fratri, seu Fratribus, et Soror Sorori, quod ex dicto legato, seu relicto, vel legatis dicto modo factis, Gabbella aliqua non solvatur.

Finis Secundi Libri.

Brevia, Constitutiones, Indulta, Decreta &c

De Benignitate Aplica a Romanis Pontificibus, a Cardinalibus a Latere Legatis, et ab alijs potestatem habentibus Comuni, et Civitati Fulginei gratiose concessa, cum quibus confirmantur, amplian tur, declarantur Statuta, Reformationes, et Privilegia Comunis, et Civitatis,

prout sequitur videlicet.

Bulla Joannis Card. Vitelleschi nuncupat. Florentini Aplice Sed. Legati in reductione Com. Civit. Fulg. d. 12. Septembris 1439.

In Nomine Dñi Amen = Quia sepe numero accidit, quod Instra publica, et autentica privilegia, aut vetustate consumuntur, et delentur, vel mutatione temporum deficiunt, aut lacerantur, sive aliter dispergantur in damnum, et prejudicium eorum, ad quos attinent. Idcirco noverint Universi, et singuli tam presentes, quam futuri, qualiter Ego Petrus infrascriptus olim, et tunc recolende mem: Revmi in Xpto Patris, et Dñi Dñi Joannis Cardinalis Florentini Aplice Sedis Legati Secretarius mandato Dominis Sue in reductione Communis hujus Civitatis Fulginij ad obedientiam, et gremium Ecclie; cum pro parte ipsorum producte, et exhibite fuissent coram prefato D: Legato petitiones nonnulle Bullam confeci manu mea propria scripta, suoque Sigillo pendente cum Cordone Sirici Rubri, quo in hujusmodi Scripturis utebatur sigillatum tenoris, et continentie de verbo ad verbum sequentis in hunc modum, videlicet =

Joannes miseratione Divina Tituli S: Laurentij in Lucina Presbiter S: Romane Ecclie Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, In Provincijs Patrimonij Beati Petri in Thuscia, Campanie, et Marittime, nec non Ducati Spoletano, et in Alma Urbe Specialis Commissionis, et Arnulphorum terris, ac locis item Aplice Sedis Legatus. Dilectis Nostris spectabilibus, et egregijs Viris Communi, et Hominibus Civitatis Fulginei Salutem in Dño sempiternam. Ineffabilis Aplice Sedis Clementia Fidelibus singulis semper se exhibet gratiosam; Illis presertim, qui vero sue devotionis Zelo dejectis Tirannorum voluntatibus pravis ad Ecclesiastice obedientie gremium revertuntur; quod in Nobis vera experientia didicimus. Qui cum diu sub infesta, et inumani Tirannide scelestissime Domus de Trincis fueritis occecati, mera fidelitatis vestre erga Bmum Dñum Nostrum, et Ecclesiarum integritate, ac naturali quodam Ecclie devotionis instinctu excitati Sacrosanctam Romanam Ecclesiam convocatis, ut ejus dulcedine complexi a predictis oppressionibus possetis relevari, et in Forti Summorum Pontificum pecto-

re

re confoveri. Petitiones idcirco infrascriptas parte vestra coram Nobis exhibitas eas de verbo ad verbum prout petite fuerunt, et exposite authe Nobis ab Aplica Sede concessa duximus acceptandas, ut in cujuslibet ipsarum fine manifeste declaratur. Tenor quarum fuit, et est, ut sequitur. In primis cum non vicio dicti Comunis, et singularium personarum ipsius, sed ex permissione Tiran-norum de Trincis, qui dictam Civitatem suis malis moribus corruperunt, nonnunquam ad illicita prorumperint. Dignetur S: V: ipsum Comune, et speciales personas ejusdem Incolas, et habitatores Civitatis Fulginij, ejusque Co-mitatus tam Ecclesiasticos, quam Seculares ab omnibus, et singulis rebellio-nibus, Maleficijs excessibus, delictis, omnibus culpis, et alijs usque in presentem diem quomodocumque, et qualitercumque commissis, et perpetratis etiam si sa-perent crimen lese Majestatis, et ab omni pena tam Ecclica quam Mundana, in quam ideo, et propter premissa incurrissent authe vestre Legationis absol-vere, et liberare, sibique, et eis remissionem facere generalem, ita quod nullo unquam tempore dictis ex causis, vel aliqua eorum dependentibusque, et emer-gentibus ab eisdem molestari, et inquietari possint ab aliquo Officiale realiter, aut personaliter, vel quovis alio modo = Placet, et concedimus. Item confirma-re, et pro confirmatis habere, et decernere omnia, et singula Statuta, Privi-legia, ordinamenta, et Reformationes dicti Comunis, ac eidem Comuni licentiam, et facultatem impartiri de novo statuendi, corigendi, et ordinandi pro bono sta-tu, ac regimine dicte Civitatis Comunis, et singularium personarum ipsius, et cum honore, ac statu Dni Nri, et Ecclie, salva semper, et reservata Ecclesiasti-ca libertate = Concedimus = Item dignetur S: V: dictam Civitatem cum ejus Territorio, Districtu, et Comitatu conservare, et manutenere in Sanctissima liber-tate Ecclie, nec alicui subijcere quoquo modo, cum intendant Comune, et Homi-nes antedicti se regere, ac tenere sub obedientia semper Ecclie Summorum Pon-tificum, ac S: V:, et aliorum Officialium Ecclie per dictum Comune eligendo-rum = Concedimus libentissime = Item dictis Comuni, et Hominibus S: V:

127v

concedere dignetur, ut pro ipsorum libito voluntatis eligere possint, et deputare, et ordinare temporibus debitis Priores, Potestates, et quoscumque Officiales in dicta Civitate deputari solitos, dummodo in ea electione fienda includantur, et numerari possint tam Nobiles, quam Doctores et alij cujuscumque gradus, et dignitatis de dicta Civitate, ne appareat differentia personarum =. Concedimus de Prioribus de Potestatibus electionem faciant trium Virorum dignorum de Terris Ecclesie, et Officiales Pape unum confirmabunt = = Item attentis dispendijs, et alijs incomodis, que ex causis appellationum si alio devolvantur oriri, et esse consueverunt, et attentis item scandalis, que aliter dicta occasione subsequuntur dignetur dicto Comuni concedere, quod in electionibus dictorum Officialium faciendis dictum Comune possit eligere, et deputare unum Judicem appellationum in Civitate ipsa, qui supradictas Causas appellationum hujusmodi, quas a Potestate, et ejus Curia interponi contigerit audire possit, cognoscere, et diffinire justitia mediante, et si a dicta Sententia contigerit appellare Priores, qui pro tempore fuerint easdem Causas committere possint alicui, vel aliquibus partibus non suspect. producendum, et cognoscendum ut supra salva semper, et reservata Ecclica libertate = Concedimus de Judice appellationum, de tertio appellatoribus habeat locum Jus Comune. Item dignetur eadem D: attentis eorum damnis tam intus Civitatem, quam extra perpessis, et tirannide, ac vexationibus quibus nefanda Domus de Trincijs, semper usa est adversus dictum Comune, et singulares personas ipsius; Quibus omnibus ita extenuati, et annihilati sunt facultatibus, rebus, et bonis ut non habeant unde vivant dictum Comune, et Homines pro tempore quo D: V: visum fuerit, et placebit a solutione, et gravamine Subsidij quo Camere Aplice tenentur annuatim de benignitate, et dementia eximere, et liberare, vel saltem de aliqua parte gratiam facere, cum presenti sint velut alij fideles, et devoti Eccle corpora, et animas ipsorum pro statu dicte Eccle ponere, ut sic a predictis illaqueati propter violen-

tiam

tiam = Attentis predictis, quæ Nobis non incognita sunt, concedimus, quod dictum Comune, et singulares personæ ipsius de cætero solvere non teneantur, nec gravari possint in solutione Subsidiorum, nisi ad rationem florenorum octingentorum anno quolibet = Item cum d.ⁱ Comunis, et singularium personarum ipsius culpa, aut defectu non concessa quod Cam.ᵉ Aplicæ census, et Subsidia soluta non sint, sed Tirannorum voragine dignetur S.: V: si Dñus Corradus de Trincijs S.: ex causa Cameræ teneretur, et teneatur, d.: Comune, et Homines tam Ecclicos, quam Seculares absolvere, et liberare, ne pro predictis imposterum molestentur. = Concedimus = Item ut dicti Comunis, et singularium personarum ipsius fidelitas pro inexpugnabili arce reputari possit, et debeat, dignetur prefata S.: V: Cassarum, et omne fortilitium apparens in Civitate Fulginij demoliri, et in terram deici facere, nec permittere voluntate, et devotione dicti Comunis, et singularium personarum ejusdem erga Statum Ecclię inspectis, quod imposterum, et ullo tempore nulla Arx Cittadella, vel aliud Fortilitium ea Civitate edificetur = Concedimus = Item cum nonnulla Castra, Villę, ac loca Comitatus, ac Districtus dictę Civitatis capt.ᵃ, et occupat.ᵃ fuerint, dignetur S.: V: dicto Comuni cum jurisdictionibus, ac Tenimentis suis restituere, et restitui facere, ac ea ad statum pristinum reponere, et redintegrare, cum sit conveniens membra omnia Capiti suo cohærere = Concedimus quando pacata erunt omnia = Item si Dñus Corradus de Trincijs sua pertinacia, et avaritia, vel alio respectu non solvisset Potestati dictę Civitatis, vel alteri Officiali olim per eum, vel suos Predecessores in dicta Civitate, dignetur S.: V: concedere gratiam, quod Comune predictum ad hujusmodi solutiones minimè teneatur, et adstringi possit; Neque item talibus Officialibus Represalię concedi possint, et deleantur contra Comune, et Homines dictę Civitatis, et si concessę extiterint locum non habeant, sed pro non factis habeantur, et nullę sint; Quin etiam occasione alicujus alterius debiti contracti quomodocumque per dictum Dñum

128v

Corradum, vel ejus Predecessores etiam si predictum debitum saperet promissionis dotium factarum in quamvis personam Religiosam, vel Secularem, quocumque nomine per predd: dnum Corradum, et Predecessores suos, vel alterum eorum nomine, nec non si dictum debitum saperet modo aliquo restitutionem aliquarum dotium, ad quam tenerentur d.s d.: Corradus, et Predecessores sui quomocumque de omni, vel aliter pro eis cuicumque persone extiterint obligati non possit ulterius inquietari, molestari, vel vexari in personis, aut rebus, et juribus suis Comune, seu Homines d.e Civitatis; (ne alieno facto, et culpa detrimentum patiantur = Consentantur = Item dignetur d.: V: Creditoribus d.i d. Corradi satisfieri facere de rebus, et bonis ipsiusmet dni Corradi, que penes aliquos fuerunt inventa, sive Creditorum, jurium, vel actionum ejusdem = Concedimus = omnibus his, qui apparebunt veri Creditores = Item cum pro habendis, et subtrahendis pecunijs, atque extorsionibus faciendis nonnulli Cives coacti fuerint, et compulsi a d.o d.: Corrado ad dandum, et mutuandum certas pecuniarum quantitates sive pro Subsidijs, sive alijs ex causis, et his mutuantibus fidejussiones per Comune prestite fuerint, dignetur d.: V: de bonis ipsius dni Corradi, ac rebus suis satisfieri facere, et tam ipsos Mutuantes, quam Fidejussores facere indemnes conservari = Concedimus quod Justitia locum habeat ut supra proximè in precedenti Capitulo = Item cum per d: d.: Corradum, et ejus Predecessores extorte capta, et ablata fuerint nonnulla bona tam mobilia, quàm stabilia a nonnullis Civibus, et Comitativis ipsius postmodum, vel pro usu suo retinuit, vel in alium contulit quovis titulo, vel colore dignetur eadem d.: V: concedere quod dictum Comune visa veritate hujusmodi extorsiones sine aliquo litigio, aut expensis restitui, aut assignari faciat, ac restituat, et assignet ipsorum bonorum verissdnis, ac Pronis = Concedimus quod fiat justitia summaria per Potestatem = Item cum quamplures venditiones, et distractiones, donationes, et alienationes

tiones factę fuerint, et sint per D: Corradum de Trincijs, et Prædecessores suos, et per Comune Fulginij, vel Sindicum ejus tempore dd: Tirannorum diversis personis, Collegijs, et Comunibus tam Eccliis, quam Secularibus dignetur D: V: ratas, gratas, et firmas habere, et haberi facere casu, quo de jure factę censeantur, et concessę factas vero, et concessas præter justitiam, et bonos mores retractare, et annullare summariè, et sine aliquo strepitu, et figura Judicij veritate tantum facti inspecta = Concedimus = Item dignetur concedere, quod venditiones, et alienationes factę per d: D: Corradum, vel Prædecessores suos de quibuscumque Domibus positis in Civitate Fulginei, vel Terra Mevanię, quomodocumque, et qualitercumque, exceptis Domibus Filiorum D: Benincasę, et D: Agnetis suę Matris, et Petri Aldrovandini, et heredum olim Thomę Petrutij de Fulgineo, et Filiorum q.m Saxambrunij Raynalducci, et Fratruum suorum, ac D: Catharinę Filię d.i q.m Saxambrunij, quę de facto fuerint accept.æ, de facto restituantur = Non possemus concedere alienum fiat justitia ad omnes alienationes, et venditiones fact.æ, quę in aliquorum præjudicium non vertantur, quod sint validę consentamur = Item Castrum, et Territorium Aquę franchę concedere dicto Comuni, et Hominibus D: V: dignetur in ipsorum Comitatum, vel saltem confirmare in eo gradu, in quo stat. Cum quasi semper ipsum Castrum, et Homines Aquę franchę fuerint dicti Comunis Fulginij recommissi = Fiat justitia = Item concedere in Territorium, et Comitatum Fulginij Vallem Tupini cum omnibus suis pertinentijs, vel saltem in viam recommendationis = Consentamur, quod omnes Officiales, qui in dicta Valle deputabuntur, sint, et esse debeant de Fulgineo = Item concedere in Comitatum dictę Civitatis Castrum Misani, Castrum Castriboni, vel saltem in viam recommendationis = Consentamur, quod omnes Officiales, qui illuc accedent sint de Fulgineo, finito officio præsentium = Item dignetur D: V: restituere D: Abbatem Sa-

stitui, ad ipsius Abbatiam, et ad omnia ipsius Abbatiæ membra cum omnibus, et singulis privilegiis tam antiquis quam novis, et ad omnia pertinentia ipsius Abbatiæ posita in quacumque Diœcesi, et in quocumque Episcopatu per quemcumque detineantur cujuscumque conditionis sit = Mittas ad Abbatiam, vel vadat, et omnia sibi restitui faciemus; pro juribus vero dictæ Abbatiæ habendis, et observandis favores nostros pollicemur = Item dignetur D: V: concedere, ac velle, quod quæcumque bona mobilia, vel immobilia, quæ quocumque tempore pervenerint in d: D: Corradum, vel Predecessores suos, vel Comune Civitatis Fulginei, et quæ per viam Processus, et condemnationis applicata fuerint d.o Comuni, sive Cameræ Fulginei, ac d.i D. Corradi, et Predecessorum suorum firma sint, et non retractentur, et super his in contrarium attentari non possit, cum delinquentium bona pro culpis ipsorum recte in Ærarium Cameræ Comunis veniant, ac exemplo, et correctio sint ne dum his, qui deliquerint, sed metu pœnæ ipsorum alij se abstineant a delictis = Placet = Item authe, qua fungitur vigore suæ Legationis officij dignetur D: V: d.o Comuni licentiam, et arbitrium concedere, ut possit cudere, et cudi facere in d.a Civitate Fulginei Monetas tam de Auro, quam de Argento, et cujuscumque existant Metalli = Concedimus = Ad horum igitur . . . . . . dicta authe, et presentium tenore Universis, et singulis Rectoribus, Locumtenentibus, Potestatibus, ac ceteris Officialibus dictæ Civitatis tam Ecclicis, quam Secularibus, et alijs omnibus, ad quos pertinet, vel pertinere poterit in futurum tam presentibus, quam futuris committimus, ac mandamus, quod predicta omnia, et singula in omnibus, et per omnia, prout jacent, et signata sunt, atque concessa Vobis Comuni, et Hominibus antedictis inviolabiliter observent, et faciant observare. In quantum gratiam D.ni N.ri, et d: Sedis caram habuerint, et ejus indignationem cupiunt evitare. Statutis, Constitutionibus, Privilegijs, ordinationibus, Reformationibus, et alijs in contrarium

trarium non obſtantibus quibuscumque. Etiam si talia forent, de quibus hic debe-
ret fieri mentio ſpecialis, quorum tenores de verbo ad verbum presentibus deberent
inseri. Vos autem paterna caritate monemus, et cohortamur, ut tales pro sta-
tu semper, et honore Summorum Pontificum, et Ecclie vos gerere ſtudeatis, ut predi-
cta tanquam bene merentibus concessa videantur, et Sedes ipsa Aplica ad uberio-
res gratias imposterum Vobis concedendas inclinetur. In quorum omnium teſti-
monium, et fidem presentes fieri per Petrum Lunensem infraſtum Secretarium
noſtrum, Noſtrique, et Pontificali Sigilli juſsimus appensione communiri. Da-
tum in Campo felici Dni Nri, et Ecclie prope Fulgineum in Habitationibus Eccle-
sie S: Marie de Campo videlicet in Camera Superiori die duodecimo Mensis Se-
ptembris 1439. Indictione Secunda Pontificatus Dni in Xpto Patris, et Dni Nri
Dni Eugenij Pape Quarti anno Nono. = Petrus Lunensis Secr. de Mto =
Ego idem Petrus qm Joannis de Pusonconsis de Fiuzano Lunensis Diecesis
publicus Aplica Auctore Notus supraſcriptam Copiam Bulle alias per me ut
supra atteſtatus sum Mto prelibus olim Rmi D: D: Joannis Cardinalis Flo-
rentini Aplice Sedis Legati confect., et concesse introscriptis Comuni, et Homini-
bus Fulginei scripsi, et copiavi fideliter, et legaliter nihil addens, aut minuens
quod formam mutet, vel varies intellectum, nisi forte punctum, seu sillabam
per errorem; Sic Deus me adjuvet. In cujus rei Teſtimonium, et fidem Si-
gnum meum apposui consuetum. Rome in habitationibus Ecclie S: Lau-
rentij in Damaso die Secunda Aprilis 1447. Indictione Decima Pontifi-
catus Dni in Xpto Patris, et Dni Nri Dni Nicolai Divina Providen-
tia Pape Quinti Anno primo = Loco ✠ Signi dicti Notarij

Nicolaus Papa V.

Dilecti Filij Salutem, et Aplicam Benedictionem. Intellectis oratoribus,

Breve Nicolai PP. V. in quo confirmantur Statuta, et Indulta Civ. Fulg. d. 27. Aprilis 1447.

et supplicationibus vestris inspectis, fidelitatem, et devotionem vestram erga nostrum, et Ecclesiae statum commendamus, hortamurque vos in eisdem perseverare studeatis, prout abunde confidimus, et speramus. Statuta denique vestra, capitula, esentiones, et Indulta quaecumque vobis a felicis recordationis Eugenio Papa IV. Praedecessore Nostro, aut ab eo potestatem habentibus usque in hodiernum diem concessa confirmamus, et praesentis Nostri Scripti Patrocinio communimus, et mandamus ab omnibus inviolabiliter observari. Cum hoc tamen, quod quantum ad factum introitum Civitatis Nostrae spectat, et observetur, et fiat, quod observabatur, et fiebat tempore obitus praefati Eugenij. Volentes, et harum serie Vobis de speciali gratia concedentes, quod de dictis introitibus ~~centum~~ florenos ~~singulis anno~~ usque ad triennium a fine concessionis a Sede Apostolica, sive ejus Legatis Vobis super hoc factae computandum pro reparatione Murorum dictae Civitatis recipere libere valeatis. Et insuper omnes introitus ex Macina, sive Molendinis vestris provenientes, cum oneribus tamen suis, pro ex cambio, et loco centum et quinquaginta florenorum vobis pro extraordinarijs impensis, alias concessorum damus, concedimus, et assignamus, ut onera vobis incumbentia commodius sufferre possitis, et paterna benevolentia, qua vos complectimur, amplius innotescat. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVII. Aprilis MCCCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno primo.

P. de Noxedo.

A tergo Dilectis Filijs Prioribus Populi Civitatis Nostrae Fulginii

Ex Lib. Reformat. ab anno 1447. ad 1450. pag. 12.; et ab anno 1441. ad 1454. pag. 156. a tergo

Calistus

Calistus Papa III.

B. Calisti III. quo confir. Statut. et Privil. d. 8. Maij 1456.

Dilecti Filij salutem, et Aplicam Benedictionem. Audivimus libenter ea, quæ Nobis per Oratores vestros exposita fuerunt, vestramque fidem, et devotionem erga Nos, et Ecclesiæ Statum Romanum plurimum comendantes, et Votis vestris annuere cupientes, Statuta, Reformationes, Indulta, Immunitates, Exemptiones, Gratias, Concessiones, Capitula, et Privilegia, et Iura quæcumque Vobis tam a Sede Aplica, quam Legatis ejusdem, et a quibusvis alijs ab ipsa Sede potestatem habentibus quovis modo concessa, auctoritate Aplica approbamus, et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus. Vobisque concedimus, ut in introitibus ipsius Civitatis remanentibus, prout consuetum est, pro expensis occurrentibus, et reparationis Murorum dictæ Civitatis Introitus Gabellæ Macinatus habeatis, et quod Gubernator pro tempore existens in eadem Civitate residentiam facere teneatur indulgemus. Statuentes nihilominus, quod Gubernator ipse, et Officiales dictæ Civitatis etiam pro tempore existentes pro primis, et secundis Causis etiam Comissarijs Sportulas aliquas exigere nullo modo debeant, neque possint, prout per dilectum Filium Nostrum Dominicum Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbiterum Cardinalem olim in partibus illis præfatæ Sedis Legatum ordinatum, seu ut asseritis concessum extitit; Nec non quod Cura, et Regimen Custodiæ, et Gubernatio Arcium, Castrorum, et Fortilitiorum d.æ Civitatis, et sui Comitatus, ac Recomenditorum ejusdem ad Vos spectent, et pertineant, prout dudum per dilectum Filium nostrum Ludovicum Tit. S. Laurentij in Damaso Presbiterum Cardinalem Camerarium nostrum Vobis, ut similiter asseritis, fuit concessum. Et quod Locumtenentes, et alij Officiales d.æ Civitatis proxime preteriti, et qui pro tempore erunt, prout juris ordo postulaverit, Sindicentur, et Sindicari debeant, eadem Auc.te statuimus, et ordinamus decernentes irritum, et inane, si secus . . . . . .

. . quavis auc.te scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Vestra

igitur devotio ita continuo in obedientia, et devotione nostra, et Aplice Sedis perseverare laudabiliter, et constanter studeas, ut Nos in dies ad majora Vobis concedenda vestris meritis incitemur. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die octava Maij 1456. Pontificatus Nostri Anno primo

Marcellus

Ex Lib. Reformat. ab Anno 1458. pag. 127.

B. Pij II. quo confir. Stat. Reform. Exempt. &c. d. 14. 7bris 1458.

Pius Servus Servorum Dei. Dilectis Filijs Prioribus, et Communi Civitatis nostre Fulginat. Salutem, et Aplicam Benedictionem. Spectata fidelitatis, et devotionis sinceritas, quam Nobis, et Sedi Aplice Pacis, et Belli temporibus constanter exhibuistis, et in dies ferventius exhibere studetis, promeretur, et petitionibus vestris gratiosum prebeamus assensum, et ea Vobis concedamus, per que in vestra, et dicte Sedis fidelitate perseverare, et bonam dispositionem nostram augeri volentis. Hinc est, quod Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati omnia, et singula Ordinationes, Reformationes, et Statuta vestra, nec non Privilegia, Indulta, Immunitates, Exemptiones, gratias, concessiones, ac jura quecumque Vobis a Predecessoribus nostris Romani Pontificibus, vel Sedis Aplice Legatis, et alijs quibuscumque ab eisdem potestatem habentibus in specie, vel in genere quovis modo concessa, illorum omnium tenores presentibus pro expressis habentes Auct. Aplica, prout hactenus sunt observata, approbamus, et confirmamus, ac presentis Scripti patrocinio communimus, supplentes omnes, et singulos defectus, si qui forsan intervenerunt in eisdem. Et insuper volumus, quod pro duobus annis proxime futuris de Introitu, sive Gabella Macinatus Civitatis nostre Fulginei medietatem anno quolibet, quam Vobis tenore presentium ~~re~~mittimus, et donamus, habeatis, mandantes Dilecto Filio Thesaurario nostro Perusino nunc,

et pro

et pro tempore existenti, ut medietatem Introitus premissi pro dictis duobus Annis Vobis libere sine aliqua contradictione recipere, et habere permittas. Et quia pro reparatione Murorum dicte Civitatis, et pro alijs ejusdem munitionibus nonnullas pecuniarum quantitates per Vos de adventu Comitis Jacobi Piccinini suspicantes expositas fuisse intelleximus, volumus, et eidem Thesaurario per presentes mandamus, quod habita informatione de pecunijs in usum hujusmodi sic expositis usque ad summam tercentorum, et quinquaginta Ducatorum Auri de Camera Vobis libere remittas, atque dones, quos in suis Computis poni, et admitti tenore presentium volumus, et mandamus = Ceterum ut deinceps ad officia custodie, et Damnorum datorum prefate Civitatis duas, vel tres idoneas Personas pro qualibet dictorum Officiorum, que sint de Terra Ecclie, et gradum una, ut Vos ad officia predicta divisim exercenda, prout tempus concessionis utriusque venerit, confirmare perpetuo, nominare, et eligere possitis Vobis tenore predicto concedimus, et etiam indulgemus, decernentes, quod officium ipsorum Damnorum datorum de cetero omnimodo vestrum sit, quoad honores, onera, emolumenta, Salaria, et Introitus omnes, et pro Nobis ad libitum per Officiales a Vobis eligendos, et a Nobis, ut prefertur, confirmandos perpetuo exerceatur, et administretur, ita quod Camera nullum de ho gravamen sentiat, aut emolumentum Vobis etiam concedentes, ut Castellani Arcium, et Fortilitiorum Territorij dicte Civitatis de Bussulo secundum ordinem vestrum extrahantur. Preterea ne Vos per dispendia distrahi contigerit eisdem auctoritate nostra, et perpetue Constitutionis Edicto statuimus, et ordinamus, Vobisque concedimus, ut Primarum, et Secundarum Causarum etiam actu pendentium, et que imposterum pro tempore in d.a Civitate, vel ejus Districtu agitari contigerit plenariam, et omnimodam Civilium, et Criminalium, mixtamque cognitionem, et jurisdictionem habeatis, et hactenus habere consuevi-

132v

stis, ita quod nullas, nisi per Comissionem Aplicam extra Civitatem predictam, prout alij Summi Pontifices concesserunt de illis se quoquo modo contra hujusmodi nostrum Statuti, Ordinationis, Voluntatis, et Concessionis tenorem intromittere audeat, vel presumat, inhibentes districtius, ne Gubernator, Potestas, et Officiales pro Causis premissis etiamsi comissarie essent, preterquam per delegationem Aplicam, Sportulasque aliquas nullo modo exigere possint, aut debeant. Denique tamen volumus, statuimusque, et ordinamus, ut nullus Officialis ad aliquod officium in dicta Civitate per Nos, seu Sedem predictam deputatus, aut deputandus officium ipsum per substitutum valeat quomodolibet exercere; Decernentes irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Vos autem in nostra, et Sedis predicte fidelitate, et devotione ita laudabiliter, et constanter perseverare studeatis, ut ad ampliora Vobis concedenda in dies magis meritis vestris inducamur. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostram approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, voluntatis, remissionis, donationis, Mandati, Concessionis, Constitutionis, Statuti, Ordinationis, et Inhibitionis infringere, vel ei a usu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, decimo octavo Kalendas Octobris Pontificatus Nostri anno primo.

G. Lollius

Paulus PP. II.

B. Pauli II. quo confir. Statut. Conces. S. d. 5mo Octobris 1463

Dilecti Filij salutem, et Aplicam Benedictionem. Sperantes, quod Nobis, et Sedi Aplice devoti, obedientes, ac fideles eritis inducimur, ut Vos speciali-

bus

bus gratijs, et favoribus prosequamur. Itaque omnia, et singula Statuta vestra; Reformationes: Ordinationes: nec non Privilegia: Gratias: Concessiones: et Indulta Vobis, et Comunitati Vestre per Romanos Pontifices Predecessores nostros, et ab eis potestatem habentes concessas, et concessa Illa Vbo, et illa, que justa, et rationabilia sunt, et contra Libertatem Ecclicam non faciunt tenoris presentium approbamus, et auctoritate Aplica confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata extiterunt. Ceterum consentamur, et gratiosè concedimus, ut Cives illi, qui jussu fe. re. Pij immediatè Predecessoris Nri relegati fuerunt, et eodem predefuncto reversi sunt, liberè, licitè, ac impunè in d.ta Civitate stare, et commorare possint, prout ante dictam Relegationem poterant absolventes eos auctoritate Aplica ab omni pena, quam propterea incurrissent. Insuper ut Menia vestra comodius restaurare possitis ex Introitibus maturatis dicte nostre Civitatis Florenos ducentos de Camera pro uno anno proxime futuro a data presentium computando predictum Concurrentibus Vobis remictimus, et libenter condonamus. Mandantes Thesaurario nostro Perusino presenti, et pro tempore existenti, quatenus revisa ratione, quod dicti ducenti Floreni in supradictum, et non alium usum convertantur, eos in nostris computis admictat, prout Nos in suis admictimus per presentes. Dat. Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatorio die primo Octobris MCCCCLXIIII. Pontificatus Nri Anno primo.

L. Matheus

Ex Lib. Reform. ab An. 1464. ad 1468. pag. 98

Dilectis Filijs Comunitati, & Hominibus Civitatis nostre Fulginei = Sixtus PP. IIII. =

B. Sixti IV. quo confir. Statuta dd. p.mo 8bris 1471.

Dilecti Filij salutem, et Aplicam Benedictionem spectata nostre devotionis integritas, fideique constantia, quam ad Statum S. Romane Ec-

clesie semper gessistis merito Nos inducunt, ut vestras petitiones favorabiliter ad exauditionis gratiam perducamus. Itaque omnia, et singula Statuta vestra: Reformationes: Ordinationes: nec non Privilegia: Concessiones: Gratias: Immunitates: Exemptiones, atque Indulta Vobis, et Comunitati vestre hactenus per Romanos Pontifices predecessores nostros: Apostolicos, vel Legatos: ut ab eis facultatem habentes concessas, sive concessa. Illas videlicet, et illa, que justa, ac rationabilia sunt, et in prejudicium Ecclie libertatis non tendunt. Tenore presentium approbamus, et auctoritate Aplica confirmamus. Prout hactenus laudabiliter observata fuerunt. Insuper ut Muros ipsius nostre Civitatis comodius instaurare valeatis: concedimus Vobis: donamus, et elargimur ducentos Florenos Auri Camere super Gabella Macinatus dicte Civitatis in reparationem Murorum ipsorum, et non in alium usum utile convertendos. Mandantes Thesaurario nostro, ad quem spectat: quatenus revisa ratione, quod hujusmodi ducenti Floreni in usum contrarium conversi fuerint: eos in vestris computis admittat: prout et Nos in suis admittimus per presentes. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die prima Octobris 1471. Pontificatus Nostri anno primo.

L. Datheus

Registrat.° in Lib. Regist.° ab Anno 1468. ad 1488. pag. 15. a tergo

Alexander PP. VI.

B. Alexandri VI. quo confir. Stat. & d. 22. 7bris 1492.

Dilecti Filij Salutem, et Aplicam Benedictionem. Sincere dilectionis affectus, ac fidei constantia, quam ad nostrum, et S. Romane Ecclie Statum geritis Nos merito inducunt: Ut petitionibus vestris, quantum cum Deo licet: favorabiliter annuamus. Hinc est, quod Nos omnia, et singula Statuta, Reformationes, Capitula, et Privilegia vestra, ac Immunitates: Exemptiones: Gratias,

B. Julij II. quo approb. et confir. Stat. Ref. & d. 11. Decembris 1503

Gratias, et Indulta Vobis, et Comunitati vestre per Romanos Pontifices Predecessores nostros concessas, et concessa: quatenus justa, et rationabilia, ac in usu sint, et contra Ecclicam libertatem non tendant, Aplica auctte tenore presentium approbamus, et confirmamus: prout hactenus laudabiliter observata fuerunt: Preterea ut Statui, et commoditatibus vestris salubrius consulatur: volumus, et tenore presentium decernimus, ut liceat Vobis deinceps eligere Judicem ad Causas appellationum, qui juxta morem antiquum in ipsa Civitate vestra residentiam facere, Salariumque, et emolumenta consueta percipere, et instantias secundum formam Statutorum Municipalium servare, nec non Sindicatui stare, prout ex Indulto isti Communitati conceditur, teneatur, non obstante quod Salarium dicti Judicis, Auditori Gubernatoris hactenus extiterit applicatum: ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die XX. Septembris 149X. Pontificatus nostri Anno primo = Jo: Prothon. = Dilectis Filijs Prioribus Populi, et Cois Civitatis Nostre Fulginie.

Ex Lib. Regist. ab Anno 1484. ad 1510. pag. 63.

Julius P.P. II.

13. Julij II. quo approb. et confir. Stat. Reform. & 4. XI. Decembris 1503

Dilecti Filij Salutem, et Aplicam Benedictionem: Inducimus singulari gratia in Nos, et Sedem Aplicam devotione, ac fide: ut ea Nobis pleno concedamus affectu, quod vestris commoditatibus conspicimus opportuna: Quo circa omnes, et singulas gratias, concessiones, Immunitates, et Privilegia, ac Indulta quecumque per Romanos Pontifices Predecessores nostros Aplice Sedis Legatos, aut ab eis facultatem habentibus Vobis concessas, et concessa: Nec non Statuta, et Reformationes vestras dummodo justa, et rationabilia sint,

134v

et in prejudicium Ecclesiastice libertatis non tendant. Tenore presentium approbamus, et Auctoritate Apostolica confirmamus, prout hactenus laudabiliter approbata fuerunt, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 21. Decembris 1503. Pontificatus nostri Anno primo = Sigismundus = Dilectis Filijs Prioribus Populi, et Comuni Civitatis nostre Fulginei.

B. de Caus. Civ. et Crim. cognos. in p.ª, et sec. instãa in Civit. Fulg. d. 16. Maij 1566

Pius PP. V.

Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filij Communitas, et homines Civitatis nostræ Fulginei, quod alias fel: recor. Paulus Papa III. Predecessor noster ex certis causis animum suum moventibus Statuta antiqua ipsius Civitatis causarum civilium, et criminalium cognitionem concernentia confirmando. Quod omnes, et singulæ civiles, et criminales causæ in prima, et secunda Instantijs in ipsa Civitate cognoscerentur. Ita tamen, quod pro tempore existens in nostris tunc suis Civitate Perusin., et Provinciæ Umbriæ Legatus, seu Vicelegatus civiles summam, seu valorem trecentorum ducatorum Auri excedentes, ac criminales, in quibus ultimi supplicij, seu alia corporis pena de jure communi imponenda veniret, vel alias cum publicum scandalum oriri formidaretur causas ad partis instantiam, seu ex officio, vel alias quomodocumque juxta ejus facultates etiam preventus, audire, cognoscere, et terminare minimè impediretur, per quasdam suas in forma brevis litteras, voluit, statuit, et ordinavit, prout in illis plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipsius Civitatis, et illius Comitatus, et Districtus homines pro ipsis Criminalibus causis sub pretextu quod in eis corporalis pena veniat imponenda extra eandem Civitatem in non modicum, sed maximum ejusdem Civitatis, ejusque Comitatus, et Districtus prejudicium, ac ipsorum hominum dispendium, et jacturam trahantur, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum commoditati consulere, et expensas, quæ in litium extra eandem Civitatem pro tempore vertentium, prosecutione per ipsos homines, cum eorum maximè incommodo fiunt, tollere, aliasque eis in premissis opportunè providere de benignitate Ap̃lica dignaremur. Nos ipsarum litterarum tenores etiam veriores presentibus pro plenè, et sufficienter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati. Quod omnes, et

136v

singulæ Causæ criminales quorumcumque graviorum delictorum, et Civiles, quæ summam, seu valorem trecentorum ducatorum Auri non excedant, in prima, et secunda Instantijs in dicta Civitate Perusin., et Provincia Umbriæ Gubernator, ejusque Auditores, Ministri, et Officiales, ac pro tempore existentes Legati, Vicelegati, Gubernatores, eorumque Auditores, ac Ministri, et Officiales audire, cognoscere, terminare, aut in eis se intromittere nullatenus possint, et citati pro tempore coram eis contra tenorem præsentium comparere minimè teneantur, et ob non comparitionem hujusmodi aliquas Ecclesiasticas, aut temporales, seu pecuniarias pœnas non incurrant, auctoritate Aplica tenore præsentium perpetuò statuimus, et ordinamus, ac ipsis Communitati, et hominibus de speciali gratia concedimus, et indulgemus. Sicque, et non aliter per quoscumque Judices, et Commissarios etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et diffiniri debere decernimus. Districtius inhibentes Legatis, Vicelegatis, nec non Gubernatoribus, Auditoribus, Ministris, et Officialibus prædictis, ac alijs quibuscumque Judicibus, et personis quocumque nomine censeantur, et quacumque præfulgeant dignitate sub duorum millium ducatorum Auri de Camera Cameræ Aplicæ applicandorum pœnis, ne contra præsentium tenorem aliquid facere, vel dicere, aut attentare præsumant, ac decernentes ex nunc irritum, et inane quicquid secus super his à quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Aplicæ generali Auditori, ac Vicarijs Venerabilium Fratrum Spoletanum, et Camerin. Episcopum in Spiritualibus generalibus per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, et in eis contenta quæcumque, ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Communitatis, et hominum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant

cians ipsos Communitatem, et homines presentibus litteris pacificè frui, et gaudere, non permittentes eosdem Communitatem, et homines contra premissa quomodolibet indebitè molestari, Contradictores quoslibet, ac inobedientes, et rebelles quacumque auctoritate, et dignitate prefulgentes per predictas, et quascumque alias, de quibus eis videbitur penas pecuniarias eorum arbitrio moderandas, et applicandas, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, penas hujusmodi etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Civitatis Perusin., et Provincie predictarum etiam juramento confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, privilegijs quoque, et indultis, facultatibus, et litteris Aplicis, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Officialibus, et Ministris, alijsque Judicibus, et Personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et alijs decretis etiam motu proprio, ac alias quomodolibet concessis, et etiam iteratis vicibus approbatis, et innovatis, ac concedendis, approbandis, et innovandis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quevis alia expressio, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda sit, et in eis caveatur expressè, quod illis ullatenus derogari possit illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserri forent, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communi

ter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Ap(ostoli)cas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod si in Civitate, Comitatu, et Districtu predictis aliqua atrociora delicta, seu capitalia, in quibus pœna ultimi Supplicij de jure communi imponenda veniret, committerentur, pro tempore existens Legatus, seu Vicelegatus, aut Gubernator causas hujusmodi delictorum ad se advocare, et per se, vel alium cognoscere possit. Datum Romæ apud Santum Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Maij 1566. Pont. nostri Anno primo. = Ces. Glorierius.

Ad Cap. IX. X. XI.
Tassa sopra la mercede de Not(ar)ij del Sig. Gover(nato)re e Sig(no)r Podestà.

Tassa sopra la Mercede de Notarii de Malefitii della corte del Sig.r Governatore, & Sig.r Podestà della Città di Foligni.

Li detti Notarij hanno da osservare inviolabilmente quanto si contiene nella presente Tassa, & dare idonea sigurtà, come si contiene nell' infrascritti Capitoli.

1. Per ciascuno precetto con la requisitoria, il quale si debbia lassare, o vero una cedula continente il fatto ad istanza della parte non si ha da pagare più di bolognini doi.
2. Per le turbative non possa pigliare dal querelante cosa alcuna.
3. Per risposta sopra l'inquisizione con l'Instrumento della fidejussione, et conservazione dell' indennità bolognini quattro.
4. Per ciascuna cedula ad istanza della parte computata la comparizione, et atto, bolognini doi, e se fusse cedula semplice, bolognini uno.
5. Per instrumento di fidejussione di non offendere, bolognini quattro.
6. Per ciascuna comparizione stesa nel libro, bolognini uno.
7. Per la comparizione in scriptis, et atto con l'essibita di qualunque

Scrittura

scrittura, bolognini uno.

8. Per la Copia del processo, e testimonj per ciascheduna carta continente dieciotto versi per lato; e ciascun verso di sei dizzioni di più sillabe etiam che fusse dimandata, e data ad istanza di più persone, bolognini uno, e quando fusse publicata bolognini doi.

9. Per l'esamine de testimonj in causa capitale bolognini 12. trà il Giudice, e Notario, ancorche l'esamine si facesse sopra articoli numerosi.

10. Nelle cause afflittive di corpo, per testimonio da dividersi come di sopra bolognini otto.

11. Nelle Cause pecuniarie bolognini quattro per Testimonio come di sopra.

12. Per rogito delle sentenzie capitali dove si trattasse della morte naturale, bolognini quaranta con la cassazione del processo.

13. Per rogito delle sentenzie afflittive di corpo, con la cassazione del processo, bolognini trenta.

14. Per rogito delle sentenzie pecuniarie, e cassazione di processo da fiorini cento in giù, bolognini otto, da fiorini cento sino a ducento, bolognini dodici, da quello in sù, bolognini sei per ciascuno Centinaro di fiorini, purche la maggior somma non passi bolognini venti.

15. Per cassazione delle condannazioni alla morte naturale con la registrazione della grazia ottenuta, et absolutoria, bolognini sessanta.

16. Per cassazione delle condannazioni pecuniarie, e registro simile, da cinquanta libre in giù bolognini quattro. Da cinquanta sino a Cento bolognini otto, da quello in sù sedici per qualsivoglia somma.

17. Dichiarando, che le predette cose s'intenda, che ciascuno dell'inquisiti così sia obligato pagare fino al numero di quattro, e da quattro in sù sino a otto la terza parte manco, e da otto in sù la metà manco della detta Tassa per ciascuno.

18. Per l'estrazione della sentenzia assolutoria in publico, si paghi nelle

capitali di morte naturale, bolognini seſsanta.

19. Nelle afflittive bolognini trenta.

20. Nelle pecuniarie fino a fiorini cinquanta, bolognini dodici.

21. E da quello in sù per qualsisia quantità, bolognini venti.

22. Per l'estrazione in publico delle condannazioni capitali, si paghi bolognini seſsanta per ciascun condennato, e se fuſsero più insieme, e per un solo si voleſse, sia obligato cavarla per quel solo (tacendo gl'altri) per detta mercede.

E così per quelle afflittive di corpo bolognini trenta. E per le pecuniarie bolognini sedici.

23. In caso si faccia Inventario di robbe d'alcun delinquente per omicidio, o pericolo di morte, o in caso dove venghi confiſcazione de beni, in queſti casi soli abbia per sua mercede dentro la Città bolognini quaranta, e fuori bolognini seſsanta.

24. Per caſsazione delle fidejuſsioni di non offendere etiam che ci intervenisse il rogito della pace bolognini quattro.

25. Non si pigli querela contra Putti minori d'anni dodici, e querelandosi si caſsi gratis.

26. Spediti che saranno li proceſsi debbino, e ciascuno di eſsi Notarij debbia le Sentenzie condannatorie, e absolutorie regiſtrarle in membranis, e publicarle a loro spese, e quelle consignarle alli Notarij dell'officio delle condannazioni della Città, proibendo, che doppo che saranno spediti detti proceſsi, li prefati Notarj del criminale non poſsino procedere ad alcun atto, o addizzione nella carta bambagina sopra tali proceſsi spediti.

27. Per ritrattazione d'accuse, e querele bolognini otto, se sarà contra uno, se sarà contra doi bolog. dodici, se contra più persone ancorche cento, e più giulij

giulij doi.

28. Per li rogiti delle Sigurtà di non partirsi di Palazzo per causa criminali, bolognini otto per ciascun rogito.

29. Per li rogiti delle Sigurtà di non partirsi di Palazzo per Causa civile spettino, e partenghino all'offizio de Notarj del Cavaliero, o del Podestà, e del Sig. Governatore respettivamente, e non a essi Notarj criminali.

30. Nel fine del loro officio debbiano stare sindicati, e così debbiano fare nel fine dell'offizio del Sig. Governatore, e Podestà, e rilassare in mano del Procuratore Fiscale di detta Città li libri, e Scritture loro autenticate in buona, e valida forma.

31. Nel principio dell'officio loro, e ogni volta, che occorrerà far nuovi Libri, debbano portarli in Cancellaria della Magnifica Communità, e farli cartolare, e sigillare carta per carta dal Cancelliere con l'assistenza del Sig. Capo Priore, e Priore del Mag.co Numero.

32. Nessuno di detti Notarj possi essere di alcuna Città, Terra, o Luogo, che non sia distante, e lontano dalla Città di Foligno almeno per 20. Miglia.

Siano obligati far ricevuto di lor propria mano d'ogni somma di denari, che gli si pagaranno per cagione di mercedi a qualunque persona li pagarà, e recusando, o mancando di farlo cada in pena di Scudi cinquanta applicati per il mezzo alla Rev. Cam. Aplica, e per il resto alla Magnifica Communità di Foligno, e della perdita del suo offizio.

Non possino ingerirsi nè fare Scrittura, o atto alcuno in causa d. d. sotto la detta pena applicata come di sopra.

E finalmente debbiano tenere in publico, che ogni Uomo la possa vede-

re, Copia delli presenti Capitoli, e nel principio del suo offizio dar' idonea sigurtà di osservarli inviolabilmente, di stare a Sindicato, inanzi a quelli, che gli saranno deputati da esso Mag.co Numero, e di non appellarsi, e di pagare subito quel che sarà condannato dalli Sindicatori senza replica, o esceptione alcuna, la qual sigurtà non possi esser persona alcuna, che sia dell' ordine del Consiglio, ne del Priorato di detta Città, e sia a consentamento del Mag.co Numero de XX, altrimenti non siano ammessi.

Il Notaro deputato al Criminale del Podestà sia obligato pagare con effetto per risposta del suo offizio in mano dell' Esattore dell' Ospedale di detta Città . . . . ogni Mese, et in fine di ciascun Mese, etiam nel tempo di Fiera di detta Città, e della sua provogazione.

Il Notaro deputato al communale del Sig. Governatore, ogni Mese, etiam nel tempo di Fiera, e della sua provogazione, come di sopra, et in fine di ciascun Mese.

Debbia pagare ciascun di loro bolognini sedici il giorno al Nunzio, che portarà l'elezzione, per sua Mercede, et al medesimo Nunzio per li soliti regali da interpretarsi secondo il solito degl' altri offizj, scudi doi d'oro. Braccius de Braccis Vic. Cancell.

In Perugia apresso Pietroiacomo Petrucci.

Dilectis Filijs Confalonerio, Prioribus, ac Universitati, et Hominibus Terre Gualdi Nucerine Diecesis.

Paulus PP. III.

Ad Cap. XIII. B. Pauli III. quo Stat. quod in Caus. Civ. et Crim. Gual di Nucerie appellari possit ad Iudicem Appellationum Fulg. d. 5. Augus. 1541.

Dilecti Filij salutem, et Aplicam Benedictionem. Nuper Dilectus Filius Gentiles Saxolus Concivis, et Orator vester nomine vestro Nobis exposuit, Venerabilem

rabilem Fratrem nostrum A. Episcopum Sabinen. Sac: Rom. Ecclæ Cardinalem de S. Severino nuncupatum Gubernatorem istius Terræ Gualdi Nucerinæ Diœcesis Vobis inter cæteros nonnulla Capitula, Statuta, Decreta, ac Ordinationes, bonum Regimen, Pacemque, et quietem istius Terræ, ac Justitiam ipsam concernentium concessisse, quorum tenor sequitur. Antonius Miseratione Divina Episcopus Sabinen. S.R.E. Cardinalis de S. Severino nuncupat. Terræ Gualdi perpetuus Gubernator. Volentes Communitatem, Homines, Incolas, et Abitatores præfatæ Terræ Gualdi quantum Nobis licet a Laboribus, et expensis relevare, et periculis, quæ longitudo itineris afferre solet opportunè occurrere. Et ne Appellantes pro suis appellationibus, et Causis prosequendis ad Urbem accedere compellantur, Statuimus, et ordinamus in omnibus, et singulis Causis tam Civilibus, quam Criminalibus, a Sententijs definitivis, seu Interlocutorijs vim definitivæ habentibus, alijsque gravaminibus irreparabilibus, appellationem ab ijs, quæ in prima, seu secunda, vel ulterioribus Instantijs in dicta Terra pro tempore vertent. appellari posse ad Magnificum Dnum Judicem Appellationum pro tempore existentem Civitatis Fulginei, et coram eodem tam Causa Appellationum, quam Nullitatum, et Recursus proponi, et ab illo hujusmodi Causæ expediri, et definiri infra duos Menses a die interpositæ appellationis, et recursus hujusmodi possint, et debeant cum potestate terminum dictorum duorum Mensium arbitrio ipsius Judicis ad alium Mensem, et non ultra prorogari = Omittuntur alia Capitula, et Ordinationes &. = Antonius Card.lis de S. Severino Gualdi Gubernator. Datum Romæ in Ædibus nostræ Habitationis die 26. Maij 1541. = Nos autem cupientes, quæ pro pace, et quiete, proque Justitia ipsa, et ad commodum vestra edita, et concessa sint firma, perpetuaque persistere, ac Vos. vestris in hac parte Supplicationibus Nobis nuper porrectis inclinati supradicta Capitula, Statuta, Or-

dinationes, et Decreta ex certa nostra scientia, ac Aplicę potestatis plenitudine, Auctoritate Aplica tenore presentium approbamus, et confirmamus. Et insuper licet dudum prefatus A. Episcopus, et Cardinalis d.ę Terre Gubernator statuerit, et ordinaverit, ut Vos in vestris Causis Civilibus, et Criminalibus ad Judicem Appellationum Civitatis nostre Fulginei appellare, et recurrere possitis, prout in Litteris desuper expeditis, et ptibus ut supra insertis plenius continetur, quia tamen Civitas ipsa modo Judice Appellationis ibi solito caret, ne imposterum Vobis contingat dubitare ad quem Judicem appellare, et recurrere valeatis, declaramus, et denuo etiam Vobis concedimus, ut nunc, et quandocumque in dicta Civitate solitus Judex appellationis non erit, Vos eo Judice, Appellationibus, et Recursu uti possitis, quo Fulginatenses pro tempore uti solent, et possunt. Datum Romę apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 5. Augusti 1541. Pontificatus nostri Anno septimo =

L. de Torres

Pius PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad Cap. XVI. B. Pij V. sup. jurisdict.ᵉ Presidentium Nundinarum in Caus. Civ., et Crimin. usq. ad mortem inclusivè d. 15. Maij 1571.

Decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quę, ea, quę a Predecessoribus suis in favorem Sedis Aplicę subditorum concessa reperiuntur, ut firmiora existant, suę confirmationis munimine roborare, aliasque desuper disponere, prout locorum, temporumque qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem a fel. rec. Paulo Papa III. Predecessore nostro emanarunt litterę tenoris subsequentis, videlicet. Paulus Papa III. Universis singulis Legatis, Vicelegatis, et eorum Locumtenentibus, ac quibusvis S. Rom. Ecclię Officialibus quacumque auctoritate fungentibus

bus salutem, et Aplicam Benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filij Priores, et Communitas Civitatis nostre Fulginaten. Quod licet ab immemorabili tempore citra Presidentes custodie Nundinarum Civitatis prefate per Communitatem ipsam ex illius Civibus deputari soliti dictarum Nundinarum, et earum prorogationis tempore durante omnes, et singulas Causas tam civiles, quàm criminales, tam inter Mercatores, et alias personas ad ipsas Nundinas accedentes, quàm etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Homines, et Incolas, et Habitatores ejusdem vertentes cognoscere, et terminare summariè, simpliciter, et de plano sola facti veritate inspecta, et manu regia, ac ibi ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punire, et castigare, etiam usque ad mortem inclusivè, penasque pecuniarias pro custodia dictarum Nundinarum, et aliter prout eis videtur, applicare, et impendere, ac Gubernator, et Potestas ejusdem Civitatis pro tempore existentes se in premissis nullatenus intromittere, sed ab eorum jurisdictione, et officio predictis Nundinis etiam prorogatis durantibus cessare, Ipsa vero Communitas tempus pro hujusmodi Nundinis statutum ad certum tempus prorogare consueverint, et in pacifica possessione, vel quasi premissa omnia faciendi existant: Nihilominus ipsi pro abundantiori cautela cupiunt per nos precipi, ut super premissis ab aliquibus non molestentur. Et propterea Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis annuere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur, qui Subditorum nostrorum presertim fide, et devotione erga Nos, et Sedem Aplicam conspicuorum Jurium conservationi, cum desuper humiliter supplicatur, libenter intendimus hujusmodi supplicationibus inclinati Vobis, et cuilibet vestrum in virtute sancte obedientie districtè precipiendo mandamus, quatenus Communitatem, et Presidentes predictos super premissis contra immemorabilem consuetudinem, hactenus laudabiliter observatam

hujusmodi nullatenus molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis, nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub anulo Piscatoris die 13. Junij 1548. Pontificatus Nostri anno quartodecimo. Licetque stantibus prefatis litteris a nemine dubitari debeat, quin dilecti filij moderni Priores, et Communitas Civitatis hujusmodi premissis omnibus pacifice frui, et gaudere debeant, cum tamen sicut exponi Nobis nuper fecerunt, ipsi animadvertant firmiora esse ea, quibus ejusdem Sedis sepius intercedit auctoritas? cupiant premissa omnia etiam nostro, et dicte Sedis munimine roborari. Nos, qui Subditorum nostrorum commoditatibus libenter annuimus, litteras predictas, ac prout eas concernunt, omnia, et singula in illis contenta, et inde secuta quecumque, ita tamen quod ubicunque pena ultimi supplicij fuerit infligenda ad illius executionem, nisi consultis pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, aut Provincie Preside devenire nequeant. Et Causas coram ejusdem Civitatis Gubernatore, vel Pretore extra tempus ipsarum Nundinarum motas, et indecisas pendentes ijdem Presidentes reassumere, sicuti forsan vigore dictarum litterarum possent, attentare nullatenus possint, Aplica auctoritate per presentes confirmamus, et approbamus, illisque perpetue, et inviolabilis firmitatis robur adijcimus; sed nihilominus coram Gubernatore, et Pretore hujusmodi causas ut supra motas, et pendentes ante tempus dictarum Nundinarum hujusmodi usque ad ipsarum Nundinarum finem silere, exceptisque premissis cetera omnia in dictis litteris contenta ita valida, et efficacia esse volumus, ut contra illa quovis quesito colore veniri nullatenus possit, sed perpetua, et inviolabili firmitate subsistant. Quocirca venerabilibus fratribus Camerinen., et Nucerinen. Episc., seu eorum in Spiritualibus Vicarijs Generalibus, ac

bus, ac dilecto filio Causarum Curiæ Cameræ Aplicæ Generali Auditori per Apostolica Scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes litteras, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Priorum, et Communitatis hujusmodi, seu alterius ex eis fuerint requisiti solemniter publicentur, eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra Priores, et Communitatem predictos, ac eorum singulos confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, declaratione, voluntate, decreto, alijsque premissis pacifice frui, et gaudere; ac presentes litteras, et in eis contenta hujusmodi ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter observari, non permittentes Priores, et Communitatem hujusmodi, vel aliquem ex eis desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et penas Eccl.icas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis servandis processibus, sententias, censuras, et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum eccl.icum apponendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus fel: rec: Bonifacij Papæ VIII. etiam Predecessoris nostri de una, et Concilij generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad judicium non trahatur, et alijs Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, nec non quibusvis etiam juramento confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, ac legibus etiam municipalibus, privilegijs quoque indultis, et litteris Aplicis quibusvis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et

142v

alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, et individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, et forma in illis tradita observata foret, presentibus pro expressis habentes ~~habentes~~, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Aplicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 25. Maij 1571. Pontificatus nostri anno sexto. =

Ces: Glorierius.

Ad Cap. XVI.
B. Urbani VIII.
quo confir. sup
dict. B. Pij V. d.
pma Augusti 1633.

Urbanus PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Sincere fidei, et devotionis affectus, quem dilecti filij, Priores, et Communitas Civitatis nostrę Fulginatensis erga Nos, et Romanam Ecclesiam gerere comprobantur, Nos inducit, ut eorum votis quantum cum Domino possumus libenter annuamus. Alias siquidem a fel: recor. Pio Papa V. Predecessore Nostro emanarunt litterę tenoris sequentis videlicet. Pius Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quę, ea, quę a Predecessoribus suis in favorem Sedis Aplicę Subditorum concessa reperiuntur, ut firmiora existant, suę confirmationis munimine roborare, aliasque desuper disponere, prout, locorum, temporumque qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem a fel:

recor.

recor. Paulo Papa III. Predecessore nostro emanarunt litterę tenoris subsequen-
tis videlicet. Paulus Papa Tertius. Universis, et singulis Legatis, Vicelegatis, et
eorum Locumtenentibus, ac quibusvis S. Romanę Ecclię Officialibus quacumque aucto-
ritate fungentibus salutem, et Aplicam Benedictionem. Exponi Nobis nuper fece-
runt dilecti Filij Priores, et Communitas Civitatis nostrę Fulginatensis, quod licet ab
immemorabili tempore citra Presidentes Custodię Nundinarum Civitatis prefatę
per Communitatem ipsam ex illius Civibus deputari soliti dictarum Nundinarum,
et earum prorogationis tempore durante, omnes, et singulas Causas tam Civiles, quam
Criminales, tam inter Mercatores, et alias personas ad ipsas Nundinas accedentes, quam
etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Homines, ac incolas, et habitatores ejusdem
vertentes cognoscere, et terminare summariè simpliciter, et de plano, sola facti ve-
ritate inspecta manu regia, et ibi, ipsis Nundinis, etiam prorogatis durantibus, de-
linquentes punire, et castigare etiam usque ad mortem inclusive, pęnasque pecu-
niarias pro Custodia dictarum Nundinarum, et aliter, prout eis videtur, applicare,
et impendere, ac Gubernator, et Potestas ejusdem Civitatis pro tempore existen-
tes se in premissis nullatenus intromictere, sed ab eorum jurisdictione, et officio
predictis Nundinis etiam prorogatis durantibus cessare; Ipsa vero Communitas
tempus pro hujusmodi Nundinis statutum ad certum tempus prorogare consueve-
rint, et in pacifica possessione, vel quasi premissa omnia faciendi existant. Ni-
hilominus ipsi pro abundantiori cautela cupiunt per Nos precipi, ut supra pre-
missis ab aliquibus non molestentur. Et propterea Nobis humiliter supplicari
fecerunt, ut eorum votis annuere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igi-
tur, qui Subditorum nostrorum presertim fide, et devotione erga Nos, et Sedem
Aplicam cospicuorum jurium conservationi, cum desuper humiliter supplica-
tur, libenter intendimus, hujusmodi supplicationibus inclinati votis, et cuili-
bet vestrum in virtute sanctę obedientię districtè precipiendo mandamus, qua-

143v

tenus Communitatem, et Presidentes predictos super premissis contra immemorabilem consuetudinem hactenus laudabiliter observatam hujusmodi nullatenus molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis, nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Rome apud S. Marcum sub anulo Piscatoris die 13. Junij 1548. Pontificatus Nostri Anno quartodecimo. Licetque stantibus predictis litteris, a nemine dubitari debeat, quin dilecti filij moderni Priores, et Communitas Civitatis hujusmodi premissis omnibus pacifice frui, et gaudere debeant, cum tamen, sicut exponi nobis nuper fecerunt, ipsi animadvertant, firmiora esse ea, quibus ejusdem Sedis sepius intercedit auctoritas; Cupiant premissa omnia etiam nostro, et dicte Sedis munimine roborari. Nos qui Subditorum nostrorum commoditatibus libenter annuimus, litteras predictas, ac prout eas concernunt, et singula in illis contenta, et inde sequuta quecumque, ita tamen, quod ubicumque pena ultimi supplicij fuerit infligenda, ad illius executionem, nisi consultis pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, aut Provincie Preside devenire nequeant. Et causas coram ejusdem Civitatis Gubernatore, vel Pretore extra tempus ipsarum Nundinarum motas, et incisas pendentes ijdem Presidentes, reassumere, sicuti forsan vigore dictarum litterarum possent attentare nullatenus possint, Aplica auctoritate per presentes confirmamus, et approbamus, illisque perpetue, et inviolabilis firmitatis robur adijcimus, sed nihilominus coram Gubernatore, et Pretore hujusmodi causas, ut supra motas, et pendentes ante tempus dictarum Nundinarum hujusmodi, usque ad ipsarum Nundinarum finem silere, exceptisque premissis, cetera omnia in dictis litteris contenta ita valida, et efficacia esse volumus, ut contra illa quovis quesito colore veniri nullatenus possit, sed perpetua, et inviolabili firmitate subsistant. Quo circa venerabilibus fratribus Camerinen., et Nucerinen. Episcopis, seu eorum in spirituali-

bus Vi-

bus Vicarijs Generalibus, ac dilecto filio Causarum Curie Camere Aplice generali Auditori per Aplica Scripta mandamus quatenus, ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes litteras, et in eis contenta quecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Priorum, et Communitatis hujusmodi, seu alterius ex eis fuerint requisiti, solemniter supplicantes, eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra Priores, et Communitatem predictos, ac eorum singulos confirmatione, approbatione, adjectione, suppletione, declaratione, voluntate, decreto, alijsque premissis pacificè frui, et gaudere, ac presentes litteras, et in eis contenta hujusmodi ab omnibus, quos illa concernunt inviolabiliter observari, non permittentes Priores, et Communitatem hujusmodi, vel aliquem ex eis desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et penas Ecclicas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis servandis processibus, sententias, censuras, et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando interdictum Ecclicum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fel: recor: Bonifacij Pape Octavi etiam Predecessoris nostri de una, et Concilij generalis de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad judicium non trahatur, alijsque constitutionibus, et ordinationibus Aplicis. Nec non quibusvis etiam juramento confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, ac legibus etiam Municipalibus privilegijs quoque indultis, et litteris Aplicis quibusvis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et alijs decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, et inno-

vatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specia-
lis specifica expressa, et individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda esset tenoribus hujusmodi, ac si de verbo ad verbum
insererentur, et forma in illis tradita observata foret presentibus pro expres-
sis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat speciali-
ter, et expressè derogamus contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter,
vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, et vel excom-
municari non possint per litteras Aplicas non facientes plenam, et expressam,
ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ
apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 25. Maij 1571. Pontificatus Nostri
anno sexto. Cum autem sicut Priores, et Communitas predicta Nobis nuper
exponi fecerunt licet preinsertæ litteræ, et in eis contenta hujusmodi in usu
sint. Nihilominus ad abundantiorem cautelam illa Aplicæ confirmationis
Patrocinio communiri summoperè desiderent. Nos Priores, et Communita-
tem predictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclicis sententiis cen-
suris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequen-
di harum serie absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus
eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Preinsertas
litteras, omniaque, et singula in illis contenta ita tamen, ut circa causas
ante tempus dictarum Nundinarum coram Gubernatore, et Pretore dictæ
Civitatis motas, et pendentes, in quibus usque ad earundem Nundinarum finem
supersederi debere disponitur, quoad Criminalia nullatenus supersedeatur
Aplica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, et confirmamus,
illisque inviolabilis Aplicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes presen-

tes

tes litteras semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore,
suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque Prioribus,
et Communitati in omnibus, et per omnia plenissimè suffragari, sicque per quos-
cumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatij Aplici Audito-
res ubique judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari;
Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac omnibus illis, quæ in
preinsertis litteris volumus non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque;
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die 21. Augu-
sti 1634. Pontificatus Nostri Anno duodecimo. = Marcus Antonius Maraldus.

Benedictus PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Ad Cap. XVI. B. Bened. XIII. confir. Decri S. Cons. sup. jurisd. Presid. Nund. etiam quoad Commu- nitativos d. in. Julij 1728.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium Consultationibus negotiorum Status nostri Ecclici præ-
positorum Decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet = In Causa Fulginaten.
super Jurisdictione competen. Presidentibus Nundinarum dictæ Civitatis. Sa-
cra Consulta habita sub die nona Januarij proximè preteriti, visis relatio-
ne Gubernatoris, et juribus hinc inde, rescripsit prout infra videlicet =
Competere Presidentibus Nundinarum Fulginei Jurisdictionem, etiam quoad
comitativos, et Districtuales, et pro delictis commissis in Territorio = In quo-
rum fidem Datum Romæ hac die 14. Aprilis 1728. = I. B. Spinola Se-
cretarius = loco ✠ Sigilli. Cum autem sicut pro parte dilectorum Fi-
liorum Priorum, ac Communitatis, et hominum dictæ Civitatis Nobis nuper
expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia,
et observatione, Aplicæ confirmationis nostræ robore communiri, summope-

te desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclicis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum preinsertum, auctoritate Aplica, tenore presentium, approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Aplice firmitatis robur adiicimus; Salva tamen semper auctoritate prefate Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Aplici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac quatenus opus sit dicte Civitatis, etiam juramento Confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 12 Julii 1728. Pontificatus Nostri Anno quinto. =

F. Cardinalis Oliverius

Cle

Ad Cap. XVII. B. Clem. VIII. quo stat. quod Aromatharij conveniant suos debitores in Trib. Procons. Mercat. d. 9. Julij 1603.

Clemens PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Consulum, et Universitatis Collegij Aromatariorum Civitatis nostrę Fulginaten., quod cum ipsi exerceant ad commodum commune Civium, et Incolarum Civitatis, et Comitatus Fulginaten., et aliorum ad eos concurrentium artem Aromatarię, et ut plurimum soleant medicamenta, et alias res diversas etiam Apothecarum quibusvis ad eos confluentibus in eorum infirmitatibus, et occasione etiam funerum morientium absque pecunia numerata, et ad credentiam, ut dicitur tradere, eveniatque interdum, quod ipsis credentibus aliquo tempore pretium rerum traditarum consequi in bonis eorum debitorum defunctorum, diversi eorundem defunctorum creditores quandoque anteriores ipsis Aromatarijs insurgant, unde ipsi Aromatarij consecutionem eorum Creditorum fraudati remanent, et sępe etiam defatigantur varijs cessionibus, bonorum discussionibus, dilationibus, moratorijs, cinquinis, et alijs subterfugijs, ita ut tandem ob multas expensas litium, et labores propterea sustinentes defessi cogantur notabilem jacturam in eorum damnum, et prejudicium facere, aut res absque numerata pecunia non tradere in grave damnum Infirmorum. Quare cupientes super premissis eorum indemnitati, et Infirmorum commoditati opportune consultum iri, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut ipsis ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur justis eorundem Aromatariorum petitionibus annuentes, ac singulares personas dictę Universitatis a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, et penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo

libet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Statuta, ordinationes, capitulos, privilegia, indulta, et concessiones ipsius Universitatis Aromatariorum facta, et concessa, quorum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, quatenus tamen licita sint, et honesta, ac in usu, et non contraria Sacris Canonibus, et Aplicis Constitutionibus, et Concilij Tridentini decretis existant, auctoritate Aplica tenore presentium perpetuò confirmamus, et approbamus, illisque perpetue, et inviolabilis Aplice firmitatis robur adiicimus. Preterea eidem Universitati Aromatariorum, ut nullus Aromatarius Civitatis Fulginaten. possit convenire suos debitores subjectos foro Proconsulum Artis Mercature, ut infra pro causis spectantibus ad Artem Aromatarie in alia, quàm in Tribunali eorundem Proconsulum, et quicumque contrafecerit, pro qualibet vice in penam sex Scutorum ipso facto Ecclesie Annunciate dicte Civitatis applicandorum incurrat. Quod omnes, et singule persone non Ecclice pro quibuscumque medicamentis, et rebus Medicinalibus, et alijs spectantibus ad Artem Aromatarie predicto Tribunali Proconsulum tantummodo subjecte existant, ac omnes cause in quibus agitur, aut pro tempore agetur, quovismodo de similibus rebus tantummodo in Tribunali dicto Proconsulum tractari, cognosci, ac terminari debeant, exceptis tamen ijs causis, in quibus vigore obligationis in forma Camere ageretur, et a Sententia dictorum Proconsulum nullo modo appellari, reclamari, et per viam recursus sub quovis pretextu possit, juxta consuetudinem, et stylum inveteratum dicte Civitatis Fulginat., quatenus dicte stylus, et consuetudo sint in usu; Quodque predicti Aromatarij pro quibusvis Medicamentis, et rebus Medicinalibus, ac alijs spectantibus ad dictam Artem per ipsos Aromatarios

tarios pro quocumque morbi, vel infirmitatis genere datis, et subministratis, preferantur, et omnino anteponantur alijs cujusvis generis Creditoribus decoctorum, aut Defunctorum etiam privilegiatis, quamvis prioribus, et anterioribus, et etiam quamcumque obligationem etiam in forma Cameræ, Instrumentaque publica jurata, et quovis hypothecæ genere vallata, et cum quibusvis clausulis, aut cautelis habentibus, usque ad summam tamen viginti Scutorum dumtaxat. Quod etiam dicti Aromatarij non comprehendantur sub aliqua discussione bonorum, neque sub aliqua cessione eorumdem bonorum, aut quinquennalem, aut aliam dilationem etiam ex particulari gratia, et rescripto Principis, nisi id expresse disponat, circa consecutionem eorumdem Creditorum, ex occasione Medicamentorum, et rerum Medicinalium, seu Funeralium, ita ut hujusmodi discussiones, aut cessiones bonorum, aut quinquennales, aut aliæ dilationes quibusvis pro tempore concessæ, aut concedendæ nemini contra dictos Aromatarios ullo unquam tempore suffragentur, nec locum habeant; Quodque Heredes Defunctorum debitorum eorumdem Aromatariorum non possint retardare, aut differre solutionem precij rerum Medicinalium, seu Funeralium, pro quibus Defuncti debitores descripti reperiantur occasione rerum Medicinalium, aut Funeralium sub pretextu, quod hereditatem cum beneficio legis, et Inventarij apprehenderint, seu impedire, quod interim non fiat executio in bonis hereditarijs, salvis tamen juribus quorumcumque in judicio ordinario. Mulieres quoque, quarum Mariti decocti, aut defuncti fuerint, si ab eorum hereditate dicti Aromatarij credita sua consequi non potuerint, eo casu obligatæ sint solvere pretium rerum Medicinalium, quæ pro ipsis Mulieribus receptæ fuerint, licet sub nomine eorum Virorum descriptæ reperiantur usque ad Summam decem Scutorum dumtaxat, facta tamen prius debita diligentia per ipsos Aromatarios etiam judicialiter contra bona dictorum

147v

Virorum decoctorum, aut defunctorum, auctoritate, et tenore prefatis, perpetuo concedimus, et indulgemus. Decernentes premissa omnia, et singula perpetuo valida, firma, et efficacia fore, ac ita inviolate observari debere; sicque et non aliter per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Sacri Palatij Aplici Auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et diffiniri debere, et irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilecto filio nostro, et Sancte Romane Eccliae Camerario, nec non Presidentibus, et Clericis Camere nostre harum serie committimus, et mandamus, quatenus presentes litteras in eadem Camera recipiant, et admittant, et registrari mandent, et faciant, nec non predicto Camerario, ac Venerabili Fratri Episcopo Fulginaten. quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios presentes litteras, et in eis contenta quecumque, ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte dictorum Aromatariorum, aut alicujus eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ejusque impremissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra illos, et eorum quemlibet eorundem premissorum effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoscumque per Censuras, et penas Ecclicas, aliaque opportuna Juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Aplicis, ac quibusvis Statutis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque indultis, et litteris Aplicis in contrarium

rium premiſsorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S: Marcum sub Anulo Piscatoris; die 9. Julij 1603. Pontificatus nostri anno duodecimo = M. Vestrius Barbianus =

Ad Cap. XXII. B. Julij III. Revocat. alterius Brevis in quo concedebat. Vincentio Scaglioni aggregatio ad Cons. d. no. 7bris 1553

Julius PP. III.

Ad futuram rei memoriam. Romanus Pontifex sicuti ab eo rationabili suadente causa concessa, vult esse perpetuo mansura, ita etiam ea quæ per veri suppreſsionem, et falsi suggestionem extorta reperit, via revocationis nulla, et invalida reddit, et illa impetrantibus non suffragari declarat. Nuper siquidem dilectus filius Vincentius Scaglionus pro Cive nostræ Civitatis Fulginaten. se gerens, se in unum de Consilio Centum Virorum nuncupatorum ipsam Civitatem regentium sub certo confisto colore per eum exposito creari, et aliorum de ipso consilio Virorum eidem Numero, et Consortio aggregari a Nobis per quasdam nostras in forma Brevis Litteras obtinuit, nulla facta mentione, quod ipse Vincentius iterum misso partito ipso presente in pleno Consilio eodem omnibus fere reclamantibus Civibus per suffragia ut moris est, rejectus fuerit, tacitoque non sine dolo, et fraude, quod ejus sit conditionis, et qualitatis, ut non mereatur, nec poſsit repugnantibus Statutis, et novis saltem Reformationibus dictæ Civitatis premiſsa concernentibus dd: numero, et consortio Consilij predicti aggregari, et cum postmodum ea, quæ in ipsis litteris per dictum Vincentium expreſsa, et quæ merito animum nostrum ad ipsum Vincentium in unum de eodem Consilio, ut prefertur, creandum, et aliorum numero, et ~~consortio~~ aggregandum induxerunt, vera non fuiſse, nec esse, imò omni veritate ca-

vere, et falsa esse accepimus. Nos propterea eundem Vincentium eisdem litteris non solum indignum se reddidisse, sed dictas litteras ut Scandalis, que desuper oriri possent obvietur, merito nullas, et invalidas per Nos declarari, et ut tales revocari debere censentes ad dilectorum Filiorum Communitatis, et Hominum ejusdem Civitatis, de quorum interesse saltem, ut Scandala, ut preseritur, tollantur, agitur, instantiam, Nobis per Oratorem specialem ad hoc transmissum factam, et ex nostra certa scientia litteras predictas, et in eis contenta quecumque non solum dicto Vincentio nunc, aut in futurum suffragari non posse, neque debere, sed etiam ipsas litteras nullas, et invalidas, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, et esse, et sic per quoscumque Judices etiam Ecclesiasticos, quam Seculares quavis auctoritate fungentes judicari, et diffiniri debere, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, ac irritum alias, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, et declaramus, ac easdem litteras, ut nullas, et invalidas, revocamus, et annullamus, et pro nullis, et invalidis ubique haberi volumus, et mandamus, constitutionibus, et ordinationibus Aplicis dictis litteris in forma Brevis, et quibusvis in illis contentis, eorumque totis tenoribus, ceterisque contrariis, quorum omnium obstantium tenores haberi volumus pro expressis, non obstantibus quibuscumque. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Septembris MDLIII. Pontificatus Nostri anno quarto = Loco ✠ Sigilli = Pau. Sadoletus Carpent.

Ad Cap. XXII.

In Nomine Domini Amen. Hec est Copia, seu Transumptum cujusdam Decreti Sac: Consultę tenoris: videlicet

In

Decr. S. Cons. favore Consilij d. 20. Julij 1684.

In Causa Fulginaten. pretensi implementi, seu aggregationis ad Concilium inter Cives non aggregatos, et Conciliarios: Sacra Consulta habita sub die 6. currentis Mensis rescripsit, prout infra videlicet = Insteno in Concilio = In quorum fidem & Datum Romæ hac die 20. Junij 1684 = L: Bussius Secr.° = Loco ✠ Sigilli = Concordat cum originali & Marcus Polus Notus publicus &

Decr. S. Cons. favore Consiliariorum d. 24. Maij 1743.

In Causa Fulginaten. Admissionis ad Concilium pro D.no Cesare Grillio contra Communitatem Fulginei, et Conciliarios dictæ Civitatis Sacra Consulta habita sub die 21. currentis rescripsit, prout sequitur = Utatur Jure suo ad formam Statuti = In quorum fidem & Datum Romæ hac die 24. Maij 1743. = H. de Bardis Secret.s = Loco ✠ Sigilli

Ad Cap. XXII. B. Bened. XIV. confirmat. Statuti disponen. de Consiliariorum aggregat. d. 7. Augusti 1743.

Benedictus PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filij Priores, et Conciliarij Civitatis nostræ Fulginaten., quod inter cetera ejusdem Civitatis Statuta dudum a fel: rec: Pio Papa II. Predecessore nostro in forma specifica per quasdam suas sub Plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1458. decimo Kal. Octobris expeditas litteras confirmata, illud etiam reperitur continens aggregationem Civium inter Conciliarios tenoris sequentis = Cum difficile sit in unum Fulginaten. Populum convocare pro negocijs occurrentibus expediendis, equum visum fuit Concilium vicem Populi habere, ideo statuimus, et ordinamus, quod si quando DD: Prioribus dictæ Civitatis, et Novem Viris videbitur aliquem esse de dicta Civitate idoneum, qui inter Conciliarios, et eorum Numero aggregari petat,

ipsum in Concilio proponans, an videatur ipsis Conciliarijs ipsum in Concilia-
rium accipere, et per Ballottas, seu Fabas talis propositus pro duabus
partibus de tribus obtentus, sit, et esse intelligatur de Numero Concilia-
riorum; Nec aliquis de Concilio esse possit, nisi inter Conci-
liarios ut supra obtineatur, et si alio modo, vel via de-
illo esse voluerit, nullo modo admictatur &c = et subinde
idem Pius Predecessor nempe Anno 1460. Generale Concilium
hujusmodi Civitatis reformavit, ita ut Concilium pre-
dictum a tunc temporis usque in presentia semper no-
biles constituerunt, que quidem Statutaria dispositio a quampluri-
mis Romanis Pontificibus confirmata fuit, et per diversa temporum spa-
tia a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-
dinalium super consultationibus Communitatum, et Universitatum Status
Nostri Ecclici deputatorum admissa remansit, prout ex Decretis ejus-
dem Congregationis die 21. Maij proximi preteriti, quo rescripsit in Cau-
sa Fulginaten. admissionis ad Concilium = Utatur jure suo ad formam
Statuti = constare asseritur: Cum autem sicut eadem expositio sub-
jungebat dicti exponentes ne abusus in prejudicium, atque detrimentum
publice quietis, ejusdemque Civitatis decoris inducantur preinsertum Sta-
tutum, ac Congregationis Cardinalium Decretum, quo firmius subsistant,
et serventur exactius Aplice confirmationis Nostre patrocinio commu-
niri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fece-
runt, ut sibi in premissis opportunè providere, et ut infra indulgere
de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specia-
libus favoribus, et gratijs prosequi volentes, et eorum singulares personas
a quibusvis

a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque Ecclicis Sententijs, censuris, et penis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum presentium dumtaxat consequen. harum serie absolven., et absolutas eſse censentes hujusmodi Supplicationibus inclinati, preinsertum Statutum, et Congregationis Cardinalium Decretum hujusmodi auctoritate Aplica tenore presentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolice firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in premiſsis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem presentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia pleniſsimè suffragari; sicque in premiſsis per quoscumque Judices, Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, que idem Pius Predeceſsor in suis litteris predictis voluit non obstare, nec non Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicte Civitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, et litteris Apostolicis in contrarium premiſsorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plenè, et sufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premiſsorum effectum hac vice dumtaxat

specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris
die 7. Augusti 1743. Pontificatus Nostri anno Tertio = D: Cardina-
lis Passioneus.

Ad Cap. XXVII. B. Antonij Card. de Monte Umbr. Legati, in quo enumerantur obligationes Prefect. Num. de XX. d. tertia Nonas Martij 1515.

Antonius de Monte Miseratione Divina Tituli S. Pra-
xedis S. Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis Papien Perusiæ, Umbriæ-
que Legatus de latere. Omnibus presentes inspecturis salutem. Cum ad
reprimendam flagitiosorum insolentiam, conservandamque justitiam, ac
pacem in Civitate Fulginei, et pro Officialium SSmi D: N: ac nostror.
favor. fuerit per Communitatem, et Consilium dictæ Civitatis Numerus
viginti Virorum nostro mandato, ac decreto electus, et deputatus; Cumque
intellexerimus nonnullos iniquitatis filios non propterea a malvivendi
more destitisse, sed homicidia patrando criminaque enormia quamplu-
rima quietem Civitatis predictæ perturbare ausos fuisse, nulla eisdem
pena condigna irrogata, ex eo fortasse, quod officiales ipsi qualiter, et
quo pacto predictorum Deputatorum presidio uterentur, et e contra ipsi
Deputati, quid potissimum in assistendo Officialibus servare deberent, igno-
rarent. Ad omnem ambiguitatem in futurum tollendam, et pro majori
omnium prefatorum firmitate; Hanc eisdem Officialibus, ac Numero
deputat. formam prescribendam putavimus, prout tenore presentium
prescribimus. Volumus enim, et auctoritate nostra decernimus, ut toties
quoties imposterum contingat (quod absit) in predicta Civitate Fulginei
homicidium, aut quamcumque rixam sanguinolentam committi, aut tu-

multum

multum cum Armis suscitari, aut Curiam impediri, aut capitaliter condem-
natos, aut alia de causa exules in ipsa Civitate publicè, seu privatim con-
versari, ac manere, teneantur illico omnes predicti Deputati, qui presen-
tes fuerint, et notitiam de predictis habuerint etiam sine requisitione, aut
Campanę sonitu in Palatio Locumtenentis nostri se congregare, et eidem Con-
silium, auxilium, ac favorem actualem, et cum Armis quoque, si opus fuerit,
prestari remotis ab eisdem quibuscumque precibus, amore, odio, timore,
cęterisque Officialibus Deum dumtaxat, et justitiam, et SSmi D: N: Majesta-
tem, et Legati Apostolici reverentiam, et Civitatis predictę quietem prę ocu-
lis habentes pena perjurii, et quinquaginta Ducatorum Auri Camerę Apo-
stolicę applican. cuilibet ipsorum Contrafacienti. qualibet vice ipso facto im-
minente, a qua pena etiam in foro Conscientię absolvi non possint, nisi
eandem integraliter persolverint, atque e contra nulla per eosdem in utro-
que foro pro rigorosa executione pena incurrenda, quod si Locumtenentem
nostrum, aut aliquem ex cęteris Officialibus in premissis negligentem per-
spexerint, Nobis, seu Prelegato nostro per litteras, seu specialem Nuncium
significare quam primum sub dicta pena teneantur. Insuper ne ex vi-
rili eorum officio aliquid eis adversi propter improborum audaciam
ullo unquam tempore eveniat, utque animosiores, ac securiores ad faven-
dam justitiam reddantur, statuimus, et decernimus, ut si quis aliquem
predictorum Deputatorum durante officio ex quacumque causa, aut fini-
to officio ex causa officii personaliter offendat etiam morte, ac Membro-
rum mutilatione non secuta pena rebellionis, et confiscationis bonorum
ipso facto incurrat, et perpetuo ab ipsa Civitate exules omni restitutionis
spe perdita; Si Minis, aut verbis contumeliosis affecerit ut supra

151v

ultra juris, et Statutorum, et Constitutionum penas in Centum Florenis Auri Camere predicte applican. mulctetur contrarijs non obstantibus quibuscumque: Studeant igitur totis viribus in premissis se exhibere, ut Patrie quieti, ac tranquillitati consulentes S: D: N: gratiam, et nostram promoveri, majoraque ornamenta, et uberiora beneficia reportare possint. Datum Fulginei Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo decimo quinto, tertio Nonas Martij Pontificatus SSmi N: D: Leonis Divina Providentia Pape X. anno Tertio = A. Card.lis S: Praxedis Legatus manu pp.a = Gentiles Gualden de Monte = Loco ✠ Sigilli in Cordula penden.

Ad Cap. XXVII. B. Urbani VIII. quo prohibet. quod revelentur que in Prefect. de XX tractabuntur sub Excom. maj. pena d. 26. 7bris 1643.

Urbanus PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Constantis fidei, et devotionis affectus, quo dilecti filij Communitas, et Homines Civitatis nostre Fulginaten. Nos, et Romanam reverentur Ecclesiam promerentur, ut illis reddamur ad gratiam liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt ijdem Communitas, et Homines, quod quodam inter alia ejusdem Civitatis Statuto in Rubrica de Prefectura viginti Virorum, cavetur expressè, ut ea omnia, que pro justitie servitio tractantur, secreto teneri, et censure in eos, qui tractata hujusmodi palam facerent, et nutibus impetrari debeant, et alias desuper ad effectum premissum excommunicationis pena auctoritate Apostolica irrogata fuit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat a certo tempore citra, excommunicatio hujusmodi, seu illius inflictio occultata fuerit, ac ut gravissima negotia

negotia, que in eadem Prefectura pro quiete, felicique statu ejusdem Civitatis tractantur, necesse sit in premissis per Nos de novo opportunè provideri. Idcirco Justitie, et Pacis conservationi in eadem Civitate consulere, et in premissis delinquentes debitis penis coerceri cupientes, eosdemque Communitatem, et Homines, specialibus favoribus, et gratijs prosequi volen., et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque Eccli̅cis sententijs, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum p̅ntium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, et absolutos fore censentes. Supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Omnibus, et singulis e numero viginti Virorum ejusdem Civitatis, nunc, et pro tempore existen., ne de cetero, ea que in dicta Prefectura pro servitio Justitie, et quiete prosperoque statu ejusdem Civitatis tractata fuerint, tractarique contigerit quoquomodo, cujus persone etiam nunc, aut alio quovis modo revelare, et palam facere ullatenus unquam possint, audeant, seu presumant, sub excommunicationis majoris pena, et ipso, absque ulla alia declaratione, per contrafacientes incurrenda Ap̅lica auctoritate, tenore presentium interdicimus, et prohibemus. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Civitatis eodem Juramento confirmatione Ap̅lica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris Die 26. Septembris 1643. Pontificatus Nostri anno vigesimo primo=

M: A. Maraldus.

161v

164v

165v

172v

173v

176v

178v

182v

187v

188v

191v

186v

197v

INDEX

RUBRICARUM

STATUTI COMUNIS FULGINEI

In Nomine Domini Amen.

Hec sunt Rubrice p.me partis Statuti Comunis Fulginei

De Ecclesijs, et Pijs Locis Civitatis Fulginei conservandis Rub. 1
De pena dicentium, et tenentium contra S. Fidem Christianam Rub. 2
De pena jurantium Corpus, vel Sanguinem Dei, Gloriose Virginis Marie, vel alicujus Sanctorum, vel Sanctarum Dei . . . . Rub. 3
De pena Maldicentium Deum Patrem Omnipotentem, et Gloriosam Mariam Virginem, et Matrem, vel aliquid de inferioribus eorum . . Rub. 4
De pena blasphemantium Summum Pontificem, et Collegium Cardinalium . . . . Rub. 5
De electione denumptiatorum predictorum, et eorum officio . . . Rub. 6
De Cassettis aperiendis, et modo tenendi in ipsa apertura . . . Rub. 7
De tempore quo duret Officium denumptiatorum, et alijs subrogandis R. 8
Ut nomina denumptiatorum teneantur secreta . . . . . Rub. 9
Quod Officiales teneantur executioni mandare pred.ta Statuta . . Rub. 10
Quod denumptiatores cogantur ad jurandum officium denumptiat. . Rub. 11
Quod procedatur in predictis de similibus ad similia . . . . . Rub. 12
Quod contra delinquentes in predictis possit procedi per accusationem inquisit., et denumptiat. . . . . Rub. 13
De diebus solennibus, et Festivitatibus custodiendis . . . . . Rub. 14
De apportantibus ad Civitatem Fulginei Victualia . . . . . Rub. 15
Que sint Festivitates custodiende . . . . Rub. 16
De turpitudine non facienda in Ecclesia S. Feliciani . . . Rub. 17
Quomodo, et qualiter Statutum Comunis debeat servari . . . Rub. 18
De electione, et officio Potestatis . . . . Rub. 19

De juramento, et promissione facienda per Potestatem . . . . . Rub. 120

Ut Potestas, et Capitaneus non recipiat aliquem Fulginatensem in Familia . . . . Rub. 121

Ut nec Potestas, nec aliquis ejus Officialis ludat ad aliquod ludum Baratterię cum aliquo Fulginate . . . . Rub. 122

De electione Officialium in Comuni concordia facienda . . . . Rub. 123

Quod nullus Sindacus, vel specialis Persona possit gravari per aliquem Officialem Comunis Fulginei occasione delationis lignorum, vel aliarum rerum . . . . Rub. 124

De electione ad rumorem non facienda . . . . Rub. 125

Qualiter, et quomodo solvatur Salarium Potestatis . . . . Rub. 126

Quod Potestas, et Capitaneus non possint sindicari durante eorum officio . . . . Rub. 127

Qualiter, et quomodo Officialem Comunis Fulginei debeat sindicari . Rub. 128

De ratione requirenda a Potestate, et ejus Officialibus . . . . . Rub. 129

De quiete non facienda per Potestatem contr. Jur. Comunis . . . Rub. 30

Quod nullum Capitulum fiat per aliquam specialem Personam contra aliquam specialem Personam . . . . Rub. 31

Quod Pater teneatur pro Filio habenti officio in Comuni . . . . Rub. 32

Quod Potestas observari faciat omnia Instrumenta, et Attestationes . . Rub. 33

De divisione rerum mobilium, vel immobilium facienda . . . Rub. 34

De rebus que commodè dividi non possunt . . . . Rub. 35

De his qui possederint aliquam rem comunem, et aliquam immiserint . . . . Rub. 36

Ut nullus qui nollet esse suppositus Jurisdictioni Comunis Fulginei possit habere aliquod Officium in Comuni . . . . Rub. 37

De electione, et Officio Bajulorum . . . . Rub. 38

Quod nullus Bajulus debeat recipere pro Pignore aliqua Arma, et Pannos de dorso . . . . Rub. 39

De

De bono homine eligendo, qui conservet Pignora accepta per Bajulos . . . . Rub. 40
Quod nullus Leprosus debeat intrare, vel stare infra Cerchias novas Civitatis Fulginei . . . . Rub. 41
De electione Consiliariorum, et eorum Officio . . . . . . Rub. 42
De hijs qui excipiuntur venire ad Consilia . . . . . . Rub. 43
Quod Capitaneus partis Guelfe sit de quolibet Consilio . . . . Rub. 44
De electione Castellani Castri Verchiani . . . . Rub. 45
De Fidejussoribus recipiendis a Castellano Verchiani . . . . Rub. 46
De conservatione Castri Rasilie, et attatione ipsius . . . . Rub. 47
De rebus que tenentur concesse in Emphiteusim, et Canone solvendo . . . . Rub. 48
Quod nullus recipiat ad Scriptum aliquod Casalenum, in quo quis habeat Ædificium, et de pena recipientium . . . . . . Rub. 49
Quod Priores Populi procurent pro posse cum D. Episcopo, et alijs Prelatis, quod Casalena emphiteotica fiant alodia . . . . Rub. 50
De Officio Camerarij . . . . Rub. 51
De Officio Notarij Camerarij . . . . Rub. 52
De Magistris Lapidum, et Lignorum . . . . Rub. 53
De Terrenis in Montoronibus . . . . Rub. 54
Quod nullus proiceat turpitudinem a Cerchijs novis intus versus Civitatem Fulginei . . . . Rub. 55
Quod nulla Persona audeat laborare Montorotia, et Formas Molendinorum . . . . Rub. 56
De Tutore, et Curatore dando Pupillis, et Adultis . . . . . . Rub. 57
De Curatore dando illi, qui male fecerit facta sua . . . . . Rub. 58
Ut quilibet habitans a Pale inferius debeat habere Domum propriam in Civitate Fulginei . . . . Rub. 59

De Conductoribus Terrarum, et Vinearum . . . . Rub. 60
De Laboratoribus Terrarum, et Vinearum . . . . Rub. 61
De Ædificijs pendentibus super domum, et Ædificia aliena . . Rub. 62
De denumptiatione novi operis . . . . Rub. 63
De Emancipatione facienda, et modo in ea servando . . . . Rub. 64
De Relictis, et ultimis voluntatibus satisfaciendis, et etiam
de male ablatis . . . . Rub. 65
Ut nulla Persona cogatur ad teſtandum . . . . Rub. 66
De Ratione reddenda per Tutores, et Curatores Pupillis . . . . Rub. 67
De Doctoribus in Jure Canonico, et Civili, et Magiſtro in Grammati-
calibus habendis in Civitate Fulginei . . . . Rub. 68
Qualiter debeat pulsari ad Laudes Campana magna de sero . . Rub. 69
Quomodo, et qualiter Officiales Dominorum Poteſtatis, et Capitanei
debeant sedere ad Bancas ad Jura reddenda . . . . Rub. 70
Quod nulla Persona scribat, faciat, vel designet in aliqua margine
hujus Statuti aliquam Notam, Manum, Bambonginum, vel aliud
signum . . . . Rub. 71
De hijs qui dubitaverint, ne aliquis habeat aliqua Jura occulta
in aliqua poſseſsione, que forma servetur . . . . Rub. 72
Quod nulla Statuta, seu ordinamenta fiant contra libertatem
Ecclesie . . . . Rub. 73
Quod nulla Capitula, seu ordinamenta fiant, seu fieri poſsint con-
tra Statuta, provisiones, et ordinamenta Civitatis Fulginei . . . . Rub. 74
De in Jus vocando, et qualiter debeant fieri Citationes . . . . Rub. 75
De Judicijs, et Judiciorum ordine . . . . Rub. 76
De negantibus Paternitatem, Filiationem, seu Matrimonium . . . Rub. 77
De hijs qui negaverint aliquem fuiſse, vel eſse publicum Notarium . . Rub. 78

De

De executione Instrumentorum, et Actorum . . . . Rub. 79
De eodem . . . . Rub. 80
De Ferijs, et diebus feriatis . . . . Rub. 81
De Salarijs solvendis in Causis . . . . Rub. 82
De Summarijs, et extraordinarijs cognitionibus . . . . Rub. 83
De Copia exhibenda Actorum, et Process. faciendi Parti litigan-
ti cum aliquo ex quacumque Causa . . . . Rub. 84
De Officio Judicis Dñi Capitanei . . . . Rub. 85
De Appellationibus, et petionibus Consilij . . . . Rub. 86
De eodem . . . . Rub. 87
Quomodo, et qualiter debeat deferri Juramentum Parti de Debi-
to in negatione deducto, et de probationis beneficio reservando . Rub. 88
De arbitris receptis, et recipiendis, et modo per eos servando . . . . Rub. 89
De eodem . . . . Rub. 90
De Usuris, et mutuantibus ad Usuram . . . . Rub. 91
De Alimentis prestandis Mulieribus . . . . Rub. 92
De Successionibus Mulierum ab intestato . . . . Rub. 93
De Mulieribus decedentibus ab intestato, et quarta Dotis appli-
canda Marito . . . . Rub. 94
Quod Bona data pro Dote alicujus Mulieris adjiciantur . . . . Rub. 95
Ut si quid datum fuerit in augumentum Dotis alicujus Mu-
lieris valeat . . . . Rub. 96
De alienarum Litium redemptoribus . . . . Rub. 97
De Donationibus non faciendis . . . . Rub. 98
De hijs qui habent Instrumentum omnium Bonorum, vel ma-
joris partis . . . . Rub. 99
De Debito non petito infra decennium . . . . Rub. 100
De Rebus mobilibus datis in tenutam qualiter vendantur . . . Rub. 101

De Rebus immobilibus datis in tenutam qualiter vendantur . . . . Rub. 102
Ut tenute date per Curiam defendantur . . . . Rub. 103
De contemptione inter Creditores quis potior sit in jure . . . . . . Rub. 104
Ut Potestas de Contractibus non scriptis faciat fieri publicum Instrumentum . . . . Rub. 105
Quod Potestas, et Capitaneus faciat observare omnes promissiones, et pacta . . . . Rub. 106
Qualiter extrahantur Rogationes Notariorum mortuorum . . . . Rub. 107
Quod in relictis usque in quantitatem decem lib. sufficiat probatio trium Testium etiam Feminarum . . . . Rub. 108
Quod prius conveniatur Principalis quam Fidejussor . . . . . Rub. 109
De Fidejussoribus conservandis indemnibus . . . . Rub. 110
De hijs qui desierint Res possidere dato Libello . . . . Rub. 111
De Re aliena pignorata non restituenda . . . . Rub. 112
Quod Judices, et Notarij accedant ad Plateam Episcopatus ad accipiendum Attestationes Mulierum . . . . Rub. 113
Quod quilibet Civis, et Forensis possit habere Advocatum, et Procuratorem . . . . Rub. 114
Quod nullus faciat Advocationem, vel Procurationem pro aliquo exbandito . . . . Rub. 115
De Mercede Scripturarum, et Salario solvendo in Causis . . . . Rub. 116
Quod condemnati pro aliquo debito, et damno dato ponantur in Bando . . . . Rub. 117
Quod nullus ponatur in Carceribus subtus Scalas Palatij pro debito alicujus specialis persone . . . . Rub. 118

Hęc sunt Rubricę Secundę partis Statuti Comunis Fulginei, ut seriatim inferius secundum numerum in scriptum describuntur.

De Citationibus faciendis, de accusatis, inquisitis, vel denumpiatis . . . Rub. 1
De modo servando in Sententiis proferendis . . . . Rub. 2
Quod Potestas quandocumque possit procedere contra gazaros, et Patarenos, et alios Mallia committentes . . . . Rub. 3
Quod procedatur de similibus ad similia . . . . Rub. 4
Quod discordantes reducantur ad paces . . . . Rub. 5
De beneficio confessionis, et pacis, et de pena negantis Maleficium . . Rub. 6
De hijs qui a penis, et Bannis excipiuntur . . . . Rub. 7
De fractoribus Pacis, vel Treve . . . . Rub. 8
De ijs qui fecerint insultum ad Domum propriam, vel conductam. Rub. 9
De insultu facto cum Armis, et sine Armis . . . . Rub. 10
De percussionibus factis cum Armis . . . . Rub. 11
De pena capientium aliquam per Personam . . . . Rub. 12
De Forense qui percuseret Fulginatem . . . . Rub. 13
De pena frangentium Carceres . . . . Rub. 14
De pena improperantium aliquod improperium . . . . . . Rub. 15
De ijs qui commiserint Omicidium in Parentes . . . . Rub. 16
De pena componentis aliquam Cantilenam, vel Carmen contra aliquam Personam . . . . Rub. 17
Ut nullus faciat injuriam alicui Personę qua Divina Officia perturbentur . . . . Rub. 18
Quod nullus faciat Tumultum, Conventiculam, seu Rumorem in Populo Civitatis Fulginei . . . . Rub. 19
De penis diversarum injuriarum . . . . Rub. 20
De hijs qui fuerint condennati in C. Libr., et a C. Libr. sup. . . . Rub. 21
De pena Furum, et Latrocinia committentium . . . . . Rub. 22

De Receptatoribus Furum, et Derobatorum . . . . Rub. 23
De pena furantium aliqua ad Divina Misteria deputata . . Rub. 24
De pena frangentium Domos clausas possess. . . . . Rub. 25
De pena committentium aliquam falsitatem . . . . Rub. 26
De pena committentium aliquam falsitatem contra Comm. Ful-
gin., Epatus, et alia Pia loca . . . . Rub. 27
De pena committentium aliquam falsitatem in condemnationibus, et Actis Comunis Fulginei . . . . Rub. 28
De pena fabricantis falsam Monetam . . . . Rub. 29
De pena facientis, vel fieri facientis falsum Instrumentum . . . . Rub. 30
De ijs qui fecerint falsum Testimonium . . . . Rub. 31
De pena mictentium ignem in aliqua Domo, Cappana, Paleare, vel alia re. Rub. 32
De pena Sagittantium, vel balistantium in aliqua rissa, et offendentium Officiales forenses Comunis Fulginei . . . . Rub. 33
Quod Potestas teneatur punire omnia Mallia, quæ remanserint impunita ab uno Anno citra . . . . Rub. 34
Quod si aliquis in una rissa commiserit pluria Mallia, puniatur de omnibus . . . . Rub. 35
Quod Potestas, et Capitaneus teneantur Sisinaticos, et Patarenos expellere . . . . Rub. 36
De pena Omicidiariorum . . . . Rub. 37
De pena impedientium aliquem conceptum, ne perveniat ad lucem. Rub. 38
De pena impedientium conceptionem, vel procreationem Filiorum. Rub. 39
De pena proicientis aliquem Infantolum, seu Infantulam . . . Rub. 40
De pena committentium Vitium Sodomiticum . . . . Rub. 41
De pena violantium aliquam Mulierem nuptuam . . . . . . Rub. 42
De Raptoribus Puerorum, et Puellarum . . . . Rub. 43
De pena retinentium aliquem in privata Carcere . . . . . . Rub. 44
Quod Potestas, et alij Officiales Comunis Fulginei possint, et teneantur capere Exbanditos, et Codepnos Comunis Fulginei . . . Rub. 45

De

De pena receptantium Exbanditos, et Conceptos Comunis Fulginei . . Rub. 46
De Salario, et Mercede illorum, qui caperent aliquem Exbanditum . Rub. 47
Quod Potestas, et Capitaneus, et eorum Officiales teneantur executio-
ni mandare omnes Condemnat. lat. tempore eorum Officij . . . . Rub. 48
Quod Potestas teneatur facere publicari in Logia Palatij Nomi-
na, et Cognomina Exbanditorum . . . . Rub. 49
Quod Priores Populi Fulginei teneantur fieri facere tres Lites . . Rub. 50
De Captivis retrahendis in die Veneris Sancti . . . . Rub. 51
Quod nullus Officialis Comunis Fulginei possit dare licenti-
am alicui Exbandito . . . . Rub. 52
De hijs qui offenderint Exbanditos . . . . Rub. 53
Quod Potestas, et ejus Officiales non possint proponere in Consilio,
quod aliqua condemnatio remittatur . . . . Rub. 54
De exercentibus in Civitate Fulginei Artem Cere . . . . Rub. 55
De Acuptoe Officialium . . . . Rub. 56
Ut nullus Officialis inferat injuriam alicui . . . . Rub. 57
Quod Potestas, et Capitaneus non possint procedere contra Priores . Rub. 58
De pena facientium rumorem ad aliquod Palatium . . . . . . Rub. 59
Quod commictentes Mallia puniantur secundum Statuta tunc vigen-
tia . . . . Rub. 60
De pena invadentium, vel occupantium aliquam Possessionem . . . Rub. 61
Quod nullus faciat citari aliquem extra jurisdictionem Comunis Fulginei . Rub. 62
Quod nullus Contractus factus post commissum Mallium valeat in
prejudicium Comunis . . . . Rub. 63
De Preceptis factis per Potestatem, et Capitaneum, et eorum Officiales . . Rub. 64
De Fulginatibus qui habent aliquem Forensem suspectum . . . . Rub. 65
De pena committentium clandestina Matrimonia . . . . Rub. 66
Quod nullus contendat pro parte Gibellina, vel nomen assumat . . Rub. 67
De pena perturbantium amorem inter Perusinos, et Fulginates . . Rub. 68

De ijs qui vendiderunt res duobus . . . . Rub. 69

De Officio D: Capitanei, et eorum Officialium . . . . Rub. 70

Quod in Accusa fienda debeat poni nomen Accusantis, et Accusati, et Patronorum Contrate . . . . Rub. 71

De Tormentis . . . . Rub. 72

De Testibus cogendis . . . . Rub. 73

De Testibus non cogendis . . . . Rub. 74

De electione Denumptiatorum, et Bajulorum, et eorum officio . . Rub. 75

De hijs qui expellerint Nuntios a Domo per Curiam missos . . . Rub. 76

De pena vendentis, vel comedentis in Taverna . . . . Rub. 77

De Ludo taxillorum . . . . Rub. 78

Ut nullus Tabernarius, vel Vinum vendens vendat Vinum post tertium sonum Campane . . . . Rub. 79

De pena portantium Arma . . . . Rub. 80

De hijs qui iverint post tertium sonum Campane . . . . Rub. 81

De pena offendentium Custodes Civitatis Fulginei . . . . . . Rub. 82

De examinatione Testium . . . . Rub. 83

De appellationibus faciendis, et interponendis . . . . Rub. 84

Quod Notarius Camere teneatur absque premio condemnationes capsare . . . . Rub. 85

De pena aucellantium ad Columbas . . . . Rub. 86

Quod medietas omnium penarum applicetur Injuriato . . . . . Rub. 87

Quod nullus Officialis debeat exemplare aliquam Scripturam . . . Rub. 88

Ut nullus vadat cum Litteris, vel sine ad aliquem de Rebellibus Civitatis Fulginei . . . . Rub. 89

De penis dupplicandis . . . . Rub. 90

De Depositis faciendis penes Cameram Comunis . . . . Rub. 91

De pena non probantis Accusationem, vel denumptiationem . . Rub. 92

De pena retinentium aliqua Statuta originalia . . . . Rub. 93

Quod

Quod Priores faciant accendere Lampadem, quę est ad Figuram B: Marię . . . . Rub. 94
De electione Notarij Damnorum datorum, et eorum Officio . . . Rub. 95
Quod Notarius Damnorum datorum possit procedere per inquisitionem, accusationem, et denumptiationem . . . . Rub. 96
Quod Notarius Damnorum datorum recipiat omnes Accusationes . . . Rub. 97
Quod Accusa quę fieret per Procuratorem, vel Famulum non admittatur. Rub. 98
Quod in una Accusa possit quos voluerit accusare . . . . Rub. 99
Quod Notarius cogat illum, contra quem proceditur ad respondendum. Rub. 100
De Sindicis eligendis . . . . Rub. 101
De Damnis, guastis, furtis, et incendijs in Comitatu Fulginei . . Rub. 102
Quod Notarius habeat sex bonos Bajulos de Civitate, vel Comitatu Fulginei . . . . Rub. 103
De Contumacia Villę . . . . Rub. 104
De Damno dato in Blado personaliter, et cum Bestijs . . . . . Rub. 105
De Damno dato in Vinea . . . . Rub. 106
De procedendo de similibus ad similia . . . . Rub. 107
De pęna Venantium cum Canibus . . . . Rub. 108
De pęna incidentium Arborem infructiferam . . . . Rub. 109
De Damno dato in Silvis . . . . Rub. 110
De Damno dato in Prato bandito . . . . Rub. 111
De penis Dantis damnum in Apibus . . . . Rub. 112
De accat. retrahenda per Patrem, vel Avum . . . . Rub. 113
De Capris non retinendis . . . . Rub. 114
De pęna colligentium Amindolas, et Uvas . . . . Rub. 115
Quod nullus apportet Uvas acerbas, vel maturas . . . . Rub. 116
De Citationibus faciendis . . . . Rub. 117
De Contumacia Citati . . . . Rub. 118
De Consilio dando per Notarium rei petit. . . . . Rub. 119

Quod Notarius teneatur ire ad locum ad petitionem accusati .. Rub. 120

Quod nullus de Comitatu audeat retinere Jumenta .... Rub. 121

De Arboribus pendentibus super Domum, Terram, et Vineam alienam .... Rub. 122

De Arboribus stantibus in Terra aliena .... Rub. 123

Quod nullus Civis, Bajulus, vel Famulus possit facere Sindicatum pro aliquo Castro, vel Villa .... Rub. 124

De Extraentibus, et commoventibus Terminum .... Rub. 125

De amotione Terminorum .... Rub. 126

Generale Capitulum omnium Viarum, Stratarum, et dependentium ab eisdem .... Rub. 127

De alio generali Capitulo loquente de eadem materia ... Rub. 128

De hijs qui vendiderint partem Possessionis, et non reservaverint sibi Viam .... Rub. 129

De pena occupantium, et devastantium Viam .... Rub. 130

Quod Fossata quę reimplerentur occasione Aque Guesię releventur .... Rub. 131

Quod nullus occupet Viam Flaminiam .... Rub. 132

De hijs qui emerent aquam Guesię .... Rub. 133

Quod Via, quę est post Ecclesiam S. Marię claudatur .. Rub. 134

Hęc sunt Rubricę tertię partis Statuti Comunis prout inferius continentur.

De adjutorio preſtando, et faciendo Locis Fratrum, Monaſterijs, et Hoſpitalibus, et reclusis, et alijs Personis, et Pijs locis ...... Rub. 1

Quod quilibet teneatur solvere datium pro libra sua secundum quod fuerit impositum .... Rub. 2

De Datio solvendo pro Bonis alicujus Defuncti .... Rub. 3

Qualiter solvatur Datium per Filios Maſſeoli, et alios Nobiles. Rub. 4

De Equis, et Mulis dandis ad Victuram quomodo, et qualiter fiat. Rub. 5

De Habitantibus in Seynatas alicujus Societatis, qui modus teneatur. Rub. 6

De Venientibus ad habitandum in Confines Civitatis Fulginei ... Rub. 7

De Baliſtis, et Temptorijs Comunis Fulginei, et specialium Personarum non preſtandis .... Rub. 8

De Paveglionibus, et Tennis habendis in qualibet Societate .... Rub. 9

Quod nullus vendat bona sua, seu majorem partem ipsorum causa portandi ad aliam Terram .... Rub. 10

Quod nullus, qui habet Domum in Caſtris Collis Floreti, Verchiani, seu Popule audeat ipsam vendere .... Rub. 11

De Paludibus conservandis Comunis Fulginei, et relaſſandis per illos, qui tenent indebite .... Rub. 12

Quod Muri Pontium Civitatis Fulginei manuteneantur, et conserventur. Rub. 13

De Pontibus, Parapettis Lapidibus novis fiendis .... Rub. 14

Quod nullus vendat aliquam rem jure proprio Episcopatus Fulginei, vel aliarum Ecclesiarum .... Rub. 15

De quietatione non facienda a Minore Tutori, vel Tutrici sine presentia Judicis Ordinarij .... Rub. 16

De Graſſia non extrahenda de Civitate, vel Diſtrictu Fulginei ... Rub. 17

Quod quilibet qui se absentaverit teneatur relinquere Curatorem, vel Procuratorem . . . . Rub. 18

De Filijs Familias, qui tenent Cambium, seu faciunt Mercantiam, quod possint se obligare . . . . Rub. 19

De Banditoribus Comunis Fulginei, et eorum Salario . . . . Rub. 20

Quod si aliqua Casalena, seu Ædificia essent communia inter aliquos ex quibus apparerint Instrumenta, sint rata — . Rub. 21

De Pactis, Monopolis, ac Conventionibus non faciendis . . . . . Rub. 22

Quod Sententiæ, et Processus, ac etiam Instrumenta, et ordinamenta facta per Corradum Anestasij, et ipsius impressionis, sint cassi . . Rub. 23

Quod gravati tempore Corradi Anestasij possint dare Comuni Fulg.i pro condemnationibus de eis factis de bonis eis restitutis . . . . Rub. 24

Quod Sententiæ, Processus, et quæcumque Instr.ta facta tempore Corradij Anestasij per ejus impressionem sint cassa, et irrita . . . . . Rub. 25

Quod nulla Persona faciat turpitudinem per Ostium, seu Fenestram, nisi primo clametur Vos, qui transitis, cavete Vobis . . . . . Rub. 26

Qualiter novi Cives recipiantur per Commune Fulginei . . . . . . Rub. 27

Qualiter Floreni Aurei expendantur, et recipiantur . . . . Rub. 28

Quod quicumque habet unum Starium Terræ, seu minus juxta aliquem qui teneat a duobus, vel pluribus latis, teneatur ei vendere . Rub. 29

Quod nullus Rector Civitatis Fulginei possit depingi facere in Palatio Fulginei Arma sua expensis Comunis . . . . Rub. 30

De Arcatura Molendinorum Comunis Fulginei . . . . Rub. 31

De Ripis Fluminum reficiendis, et custodiendis . . . . Rub. 32

De Barilibus adjustandis . . . . Rub. 33

Quod nullus moveat Litem alicui affrancato . . . . Rub. 34

Quod nullus cooperiat Domum de Lesca . . . . Rub. 35

Quod nullus proiciat, seu faciat turpitudinem, seu immunditiam in aliqua Ecclesia, seu in ejus ambitu . . . . Rub. 36

Quod quecumque Persone ad eorum Hospitia, seu Domos ascendunt,
seu descendunt per unicas Scalas non possint vendere . . . . . . Rub. 37
De Flumine quod vadit per Vallem Caput acque . . . . Rub. 38
De Porcis, et Anseribus non retinendis in Civitate Fulginei . . . . Rub. 39
De Cuppis, et Mattonibus, et eorum forma . . . . Rub. 40
De exercentibus, et exercere volentibus artem Lane in Civitate Fulg.ⁱ Rub. 41
De hijs qui habent aliqua bona communia cum aliquo Forense . . . Rub. 42
De Fontibus, et Aqua ipsorum Fontium manutenendis . . . . . . Rub. 43
De Fonte reficiendo in pede S. Heraclij . . . . Rub. 44
De pena devastantium conductum Aque blanche . . . . Rub. 45
Quod nulla Persona super conductum Aque blanche habeat Fontem, vel Speraglium . . . . Rub. 46
Quod nullus faciat turpitudinem in aliquo Fonte, vel prope . . . Rub. 47
De Mactonato per Civitatem Fulginei manutenendo . . . . Rub. 48
De hijs qui habent appodiatas Domos Muris Civitatis Fulginei qualiter tractentur . . . . Rub. 49
Quod nec Potestas, nec Capitaneus, nec eorum Officiales possint comedere, neque bibere cum aliquo nostro Cive, nec extra . . . . Rub. 50
Quod quilibet Comitatensis Civitatis Fulginei habeat in Civitate Fulginei unam Domum . . . . Rub. 51
De Habitantibus in Civitate Fulginei cum eorum Familijs . . . Rub. 52
De hijs qui se cesserint ab habitatione alicujus Ville ob timorem Guerre, seu malorum Hominum . . . . Rub. 53
De hijs, qui habent bona allibrata a quinque libris denariorum supra habeant balistam, et Baldrerium bene aptum . . . Rub. 54
De Fabbris, et Magistris Lignaminum, et Lapidum . . . . Rub. 55
Quod quilibet Caput Familias Civitatis, et Districtus Fulginei non habens bona in Civitate, et Districtu Fulginei immobilia, faciat se scribi in Catasto Comunis Fulg.ⁱ in 25. libr. denariorum . . Rub. 56

De Consumptione, quę esset de aliqua Possessione, cui debuerit allibrari . . . . Rub. 57
De Possessionibus venditis, et vendendis ponendis in Libra illius cui venderentur, seu alienarentur . . . . Rub. 58
De hijs qui fecerint sibi allibrari aliquas Possessiones alicui Personę, quod non prejudicet illi, cujus est . . . . Rub. 59
Quod nullus vendat aliquam Possessionem sitam in Territorio Fulginei, vel prope Confines nostros alicui Forensi, seu alicui, qui non esset nostrę jurisdictionis . . . . Rub. 60
De alienationibus non faciendis Forensi . . . . Rub. 61
De hijs quibus reperitur aliqua Domus extimata in eorum Libra habent. in Bonis valentibus ultra pretium dictę Domus, quod pro ipsa Domo datium non solvatur, sed elevetur de Libra Comunis. Rub. 62
De Mollaris Molendinorum Olivarum, et Molendinis . . . . Rub. 63
Quod satisfaciat illis, quibus jure proprio fuerit aliquid datum in solutum de bonis Corradi, et aliorum Rebellium pro satisfactione, et reperiatur esse scripta alicui Ecclesię . . . . Rub. 64
De Ambassiatoribus Comunis Fulginei, et eorum Salario . . . . . Rub. 65
De Ambassiatoribus Comunis Fulginei mittendis ad Civitatem, seu Communantias in quibus non fieret jus Comuni nostro, et represalijs concedendis, et tollendis . . . . Rub. 66
De Clavibus Portarum Civitatis Fulg.i, et de claveribus ipsarũ Portarum. Rub. 67
De apportantibus Scotanum causa vendendi . . . . Rub. 68
De pedagio, mensura, et Statera Comunis Fulginei . . . . Rub. 69
De Mollaris Civitatis, et Districtus Fulginei, et modo, et forma tenenda de ipsis Mollarijs . . . . Rub. 70
Quod nulla Persona audeat, vel presumat facere aliquam Conciam super Vinum existens super Matrem . . . . Rub. 71
De Cribanis, et Fornarijs, et quomodo, et qualiter Cribana, et Fornarij esse debeant in Civitate Fulginei . . . . Rub. 72

De Macellarijs . . . . Rub. 73
Quod nullus emat Carnes morbosas, nec mittat ipsas Carnes in Civitate Fulginei . . . . Rub. 74
Quod nullus de Civitate Fulginei, vel Districtus emat Pisces causa revendendi crudos . . . . Rub. 75
Quod quelibet Panifacula teneatur facere Panem bonum, et bene coctum . Rub. 76
De Bonis Exbannitorum reinveniendis, et recuperandis . . . . . . Rub. 77
De recipiendo Jura Communis, quę habet in Monte Terminarie . . . Rub. 78
De Bonis Comunis Fulginei, et Castrorum recuperandis . . . . Rub. 79
De Bonis Rebellium non occupandis . . . . Rub. 80
De Meretricibus, et Ruffianis . . . . Rub. 81
De Domo facienda pro dictis Meretricibus . . . . Rub. 82
Qualiter Capubreves, et Cultores Batij eligantur, et de eorum officio . Rub. 83
De Sponsalitijs . . . . Rub. 84
De tempore quo Sponsa transducta recipiatur de aliqua Ecclesia . . Rub. 85
De Gioijs, et Exenijs non donandis . . . . Rub. 86
Quod Sponsa dum venit ad Domum Viri sotietur sex Hominibus, et sex Mulieribus Rub. 87
Quod teneatur Notarius, qui rogatus fuerit de aliquo Matrimonio denumptiare in tertiam diem . . . . Rub. 88
Quod Sponsus, et Sponsa teneantur denumptiare eorum Matrimonium . . Rub. 89
Quod dicta Capitula Potestas teneatur legi facere in primo Consilio . . . Rub. 90
Quod ubicumque in predictis esset pena determinata intelligatur pena 25. libr. denariorum . . . . Rub. 91
De Sponsalitijs . . . . Rub. 92
De Perlis, et Ornamentis non portandis . . . . Rub. 93
Quod Potestas, et etiam infrascripti Officiales teneantur d.a Statuta facere observari . Rub. 94
De moderandis Convivijs . . . . Rub. 95
De Officiali forense eligendo . . . . Rub. 96
De Coruptijs Mortuorum . . . . Rub. 97
De modo, et ordine servando in Cera in coruptijs Mortuorum . . . Rub. 98
De Lumine tenendo ante Domum in Sero Vigilię Beati Feliciani . Rub. 100

Statuta de Sponsalitijs, & Seppolturis.

Anno Dñi a Nativitate ejusdem 1426. Indne. 4a. Tempore SSmi in Xpto Pris, & D. N. D. Martini Divo. Provida. PP. Quinti. Mense Martij Die decima sexta.

Invocatio. Exordium, & Statutarij.

De Bonis non faciendis per Virum Uxori, et e converso

De Convivijs non faciendis in Sponsalitijs, et certo alio tempore

Quod Sponsa recipi debeat ab Ecclesia a suo Marito ut infra.

Quot Hominibus, et quot Mulieribus possit dari comedi in Nuptijs

Quod proximior Consanguineus possit ire ad videndum Sponsam, et recipi.

Quod proximior Consanguineus possit reducere, et convivare Sponsam.

Quod Sponsus, et Sponsa non possint donare invicem, nisi quantum presentibus Statutis permittitur.

Quod Notarius qui rogatus fuerit de aliquo Matrimonio notificet Potestati.

Quod transductio Sponsę notificetur Potestati uno die ante.

De Inquisitione fienda per Potestatem de predictis.

Nota quod Sponsalitię cum Forensibus non includuntur in predictis.

De Ziogijs, et Ornamentis per Mulieres non portandis.

De modo, et Numero Argenti, et Auri, deferendi per Donnas in Fulgineo.

De Caudis non portandis in Vestimentis, et Frappis, et Francis.

De Balsis, Capputeis, et Cappellinis non portandis per Mulieres.

De quanto Panno debeant fieri Vestimenta, et pena contrafacientium, et incidentium, sivè Iuvenentium ipsa.

Reservatio

Reservatio de balzittis, et francis in Collarettis, et in Manichittis.
Quod nemo portet desectum, iupparellum curtum sine ghelleri.
De Corruttis, et Seppolturis Mortuorum, et modis tenendis in eis.
De quantitate Cere, que potest haberi, et dispensari ad Funus
Qui Presbiteri, Fratres, Monaci, vel Religiosi interesse possint
Seppolture, et qualiter.
De oblationibus non faciendis octava die post Seppolturam alicu-
jus Defuncti.

Statuta super ornatibus. Mulierum anno 1454.

208v

INDEX
RUBRICARUM
STATUTI POPULI FULGINEI
DE ANNO
MCCCXLIX.

INDEX
Rubricarum Statuti Populi Civitatis Fulginei

Approbatio Capitulorum primæ partis Statuti Comunis Fulginei ....Rub. 1.
Qualiter Statuta Populi renoventur ....R. 2.
De Contradictione si qua esset inter Statuta Populi, et Statuta Comunis. R. 3.
De Terminis, et Possessionibus, ac rebus Molendinorum Comunis reinveniendis ....: R. 4.
Quod Artifices habeant justa pondera ....R. 5.
De Inquisitione facienda per Barecterios ....R. 6.
Quod Notarij in presentia Contrahentium legant substantiam Contractus R. 7.
De ordine servando in partitis faciendis in Consilio ....R. 8.
Quod in quolibet Consilio possint quatuor Consionatores arengare ....R. 9.
Quod in quolibet Consilio sufficiat major pars ....R. 10.
De ijs, qui habent aliquam rem ad scriptum ....R. 11.
Quod nullus recipiat rem, quam aliquis habet ad scriptum, vel coptimum ab aliquo ....R. 12.
Quod Precones, et Bajuli obediant Capitaneo, et Confalonerio Justitiæ Populi Fulginei ....R. 13.
Quod Potestas, et Capitaneus observent Statuta, et ordinationes ...R. 14.
De Mercatoribus, et Cansoribus ....R. 15.
Quod Officiales Comunis Fulginei non scribant aliquod opus proprium. R. 16.
Quod Officiales Comunis Fulginei teneantur sedere qualibet die ad Bancas ....R. 17.
Quod nullus contendat pro parte Ghebellina ....R. 18.
De adiutorio, et favore prestando Dnis Potestati, Capitaneo, et Prioribus Populi Civitatis Fulginei ....R. 19.
Quod quilibet teneatur jurare in sua Arte ....R. 20.
De exemplatione Statuti ....R. 21.

211v

Quod aliquis Officialis non recipiat aliquam cessionem . . . . . . R. 22.
De Privilegijs Comunis Fulginei conservandis . . . . R. 23.
Quod nulla Persona de Civitate Fulginei cogatur ad cavandum . . R. 24.
De Vendentibus Poma, et alias res . . . . R. 25.
De Forma juxta Flaminiam facienda . . . . R. 26.
De conservando indemnem secundum Emptorem per Venditorem . R. 27.
Quod Brevia solvant datia, et collectas pro illis, qui non essent de jurisdictione Comunis Fulg. . . . . R. 28.
Quod nullum Capitulum apponatur in presenti Statuto pro aliqua speciali Persona, nec contra specialem Personam . . . R. 29.
De Cippis in Palatio non tenendis . . . . R. 30.
De Clusione facienda inter Consortes . . . . R. 31.
De Balistis Comunis reinveniendis . . . . R. 32.
De juramento prestando per Homines de Capudacqua . . . R. 33.
De sententijs ferendis per Officiales Com. in Palatio Com. Fulg. . R. 34.
De violentijs factis Pupillis . . . . R. 35.
De hijs qui debent trahi ad extinguendum ignem . . . . R. 36.
Quod Bona Exbanditorum teneantur, et capiantur pro Com. Fulg. R. 37.
De Rebus Com. reinveniendis, et de Officio Capitanei . . . . . R. 38.
De novis Societatibus tollendis . . . . R. 39.
De adiutorio fiendo in opere Eccle S. Feliciani de Mormonsone. R. 40.
De protestatione facienda per Capitaneum Potestati, et suis Officialibus . . . . R. 41.
De Alimentis prestandis . . . . R. 42.
De Bonis Comunis Fulginei concessis ad affictum . . . . . . R. 43.
De favore dando Superstitibus Paludis . . . . R. 44.
De Armis imponendis, et conservandis . . . . R. 45.
De Armario faciendo . . . . R. 46.

De Pacibus faciendis .... R. 47.

De Cassarono faciendo in Castro S. Petri .... R. 48.

Quod liceat Potestati procedere in omnibus Maleficijs .... R. 49.

De Aqua Vesie .... R. 50.

De hijs qui dederunt ferros ad frangendum Carceres Comunis Fulginei . R. 51.

Quod Camerarius Comunis Fulginei de voluntate Priorum det apodissas .... R. 52.

Quod Jura Comunis Fulginei per Capitaneum recuperentur ... R. 53.

De Libro Memoriali faciendo .... R. 54.

De Palude Butini conservando .... R. 55.

Quod nullus propter injuriam sibi factam alium quam injuriantem offendat .... R. 56.

De Receptantibus fugientes ante familiam .... R. 57.

Quod Potestas, et Capitaneus observent Capitula loquentia de Macellarijs, Molendinarijs, et Fornarijs .... R. 58.

De Grano Comunis non vendendo Officialibus Comunis ...... R. 59.

De actatione Castrorum Rasilie, et Verchiani .... R. 60.

Quod in persolvendis datijs, et collectis equa forma servetur ... R. 61.

De Fontibus actantibus .... R. 62.

De Civitatibus, et Castris requirendis pro parte Comunis Fulginei .. R. 63.

De Pontibus non faciendis .... R. 64.

De Pupillabus non maritandis, et Masculis non Uxurandis ...... R. 65.

Quod nullus extrahat aliquem infirmitate gravatum de Domo sua causa faciendi ipsum testari .... R. 66.

Quod Mulier de sua dotali pecunia licet sit Filia Familias possit possessionem emere, et Vidua carens Filijs pro Anima possit testari sine Pdris consu, et pñtia, itemque possit habitare ubi vult, dummodo sit etatis 25. annorum ad minus ... R. 67.

De execrationibus faciendis .... R. 68.

De hijs qui fuerint infamati de aliqua conventicula tempore majorum Consulum .... R. 69.

De Vijs factis, et faciendis per Officiales Comunis . . . . R. 70.

De Stratis, in quibus Funarij laborare non debeant . . . . . R. 71.

Quod nullus audeat turbare presentem bonum statum Civitatis Fulginei . . . . R. 72.

De Molendinis Olivarum . . . . R. 73.

De turpitudine non projicienda in Carbonarijs, et juxta Carbonarias Comunis . . . . R. 74.

De Pipere dando Consulibus Judicum, et Notariorum . . . . . . R. 75.

De Habitantibus in pertinentijs alicujus Societatis . . . . . . R. 76.

De Custodia Civitatis Fulginei . . . . R. 77.

De Scripturis dandis ad exemplandum . . . . R. 78.

De turpitudine non projicienda per Proaculum . . . . R. 79.

Quod omnes illę Personę de Valle, et Carpello teneantur habitare in Burgo S. Curacchi . . . . R. 80.

De Sciacquatoris non habendis . . . . R. 81.

Quod Rectores Artium possint esse de qualibet Arte duo . . . . . R. 82.

Quod Causę vertentes inter Mercatores occasione Mercaturę compromittantur . . . . R. 83.

De Muro construendo in Contrada S. Curacchi . . . . R. 84.

Qualiter Represalię concedantur . . . . R. 85.

De Arcaturis, et Clusis Molendinorum Comunis Fulginei . . . . R. 86.

Quod prescriptio temporis non prejudicet jus habenti in aliqua Turri . . . . R. 87.

De Armis, quę portari prohibentur . . . . R. 88.

De Trecentis qui habeant sequi Confalonerium . . . . R. 89.

Quod nullus contendat pro aliquo Exbandito . . . . R. 90.

Quod nullus receptet aliquem Exbanditum . . . . R. 91.

De Condemnationibus faciendis . . . . R. 92.

De penis duplicandis, et triplicandis . . . . R. 93.

De Consilio congregando ad requisitionem Priorum, et Con-

falonerij Justitię . . . . R. 94.
De licentia non danda alicui Confinato . . . . R. 95.
De Portenarijs tenentibus Claves Portarum Civitatis Fulginei . . . . R. 96.
De Hijs qui fecerint rumorem contra presentem bonum Statum Fulg.ⁱ . R. 97.
De Hijs qui non servaverint Confinia . . . . R. 98.
Quod Camerarius Comunis Fulginei requirat de Officialibus, Familiaribus, et Equis Potestatis, et Capitanei . . . . R. 99.
De Forma habenda per Mattonarios . . . . R. 100.
De Sententijs exequtioni mandandis . . . . R. 101.
De Superstitibus desemptorum . . . . R. 102.
De inventis in Taberna post tertium sonum Campane . . . . . . R. 103.
De Sententijs non ferendis in Bonis Proditorum, et Rebellium Comunis Fulginei . . . . R. 104.
Quod Bona Rebellium, et Proditorum Comuni confiscentur . . . . . R. 105.
Quod Homines artis Salanariorum non cogantur habere Marcum ad punctum . . . . R. 106.
De Debitis satisfactis non petendis . . . . R. 107.
De Manutenenda trasanna Comunis . . . . R. 108.
De Satisfaciendo indebite gravatis . . . . R. 109.
Quod Notarius, qui erit super Vijs teneatur facere actari Conductum Aque blanche . . . . R. 110.
Quod Priores, et Confalonerius sedare possint, ac componere discordias, que orientur inter Potestatem, et Capitaneum . . . . R. 111.
De Hijs, qui noluerint, seu non potuerint in Curia Comun. Fulginei civiliter, et criminaliter conveniri . . . . R. 112.
De Corruptis Mortuorum . . . . R. 113.
De Sponsalitijs, et ordine servando in illis . . . . R. 114.
De Damnis datis per aliquos Exbanditos . . . . R. 115.
De Mutuantis in Civitate Fulginei ad Usuras . . . . R. 116.
De Recursu faciendo ad Capitaneum . . . . R. 117.
De Hijs, qui appellaverint, et succumbuerint in Appellatione . . R. 118.

De electione Sindaci ad sindicandum Potestatem, et Capitaneum. R. 119.
Capitolum de Piccicarolis . . . . R. 120.
De Testamentis Mulierum . . . . R. 121.
De Forma Bubini, ac Forma quam olim fieri fecit Vagni Do-
mini Fratris Joannis . . . . R. 122.
De Domibus non dandis Potestati, et Capitaneo . . . . R. 123.
De Litteris sigillandis . . . . R. 124.
De Tenutis, et Pignoribus habitis, et possessis per aliquem certo tempore. R. 125.
De Inquisitione armorum facienda, et de non eundo post So-
num Campane . . . . R. 126.
De Hijs qui dixerint se gravatos . . . . R. 127.
Quod Mercatores Pannorum Veterum possint habere Tennas an-
te eorum Apotecas . . . . R. 128.
De renovatione Castri Verchiani . . . . R. 129.
De pedagio, Statera, et Mensuris Comunis vendendis . . . . . . R. 130.
De Haminea, et Forma Paludis Comunis conservandis . . . . . . R. 131.
De electione Capitanei Populi facienda . . . . R. 132.
De Depositis faciendis ante Sententiam . . . . R. 133.
De non intrando, vel exeundo per Civitatem Fulginei aliunde,
quam per Portas . . . . R. 134.
De loco assignando pro levibus Criminibus . . . . R. 135.
Quod nullus accipiat aliquod Officium extra Civitatem Fulginei,
et Districtum sine licentia Consilij Populi . . . . R. 136.
De Denumptiatoribus rixarum, et Massarijs faciendis . . . . . R. 137.
De Hijs, qui sunt de ordine Priorum, et sequi debent Confalone-
rium possint Arma portare . . . . R. 138.
Quod quilibet teneatur obedire Mandatis Dnorum Priorum Civi-
tatis, et Populi Fulginei . . . . R. 139.
Quod omnia ordinamenta facta de consensu Priorum valeant. . . R. 140.
De alienationibus factis in fraudem Comunis . . . . R. 141.

De Vitio Sodomitico extirpando . . . . R. 142.

Quod quilibet qui est scriptus in Libro Comunis Fulginei teneatur solvere Datia, et Collectas . . . . R. 143.

Capitulum de Macellarijs . . . . R. 144.

De Actatione, et conservatione Conductus Aquę Blanchę . . . . . . R. 145

De Relictis factis per aliquem in suo Testamento . . . . R. 146.

De Mercatoribus Pannorum Lanę, et tinto oguati non facienda intra Muros Veteres Civitatis Fulginei . . . . R. 147.

Quod duo Fratres Carnales, Pater, et Filius non possint esse de eodem Consilio . . . . R. 148.

De turpitudine non projicienda in Platea Episcopatus Fulginei . . . R. 149.

Quod nullus Forensis quod fuerit in Officio Civitatis Fulginei possit reassumi, vel reeligi a quatuor annis citra . . . . R. 150.

De Prelio non faciendo . . . . R. 151.

De Eleemosina danda Hospitali S. Joannis Hierosolimitani quod est prope Portam Contrastanghę . . . . R. 152.

De Platea nova mactonanda una cum Logia ibidem constructa . . R. 153.

Capitulum de Tabernarijs . . . . R. 154.

De Superstitibus eligentis super terminatione, et dirictura Alvei Fluminis Tupini . . . . R. 155.

Quod Bajuli clarè faciant Citationes . . . . R. 156.

De Committentibus (Maleficia), et nolentibus in Curia Comunis Fulginei conveniri . . . . R. 157.

De Ponte Centesimorum aptando . . . . R. 158.

De Via facienda a Ponte Centesimorum inferius versus Civitatem Fulginei . . . . R. 159.

De Eleemosina danda, et exponenda in opera Ecclesię B. Augustini. R. 160

De Oleo non extrahendo extra Civitatem Fulginei . . . . R. 161.

De Bonis Rebellium, et Proditorum Comunis Fulginei . . . . R. 162.

De Castro Civitellę construendo . . . . R. 163.

De Cavallata pro Comuni Fulginei imponenda . . . . R. 164.

214v

De Hijs, qui Bajuli esse non possunt . . . . R. 165.
Quod tempore pulsationis primę Campanę magnę Comunis ad Laudes quilibet teneatur dicere Pater Noster . . . . R. 166.
De Hijs, qui contra Priores injuriam irrogaverint . . . . R. 167.
De Hijs, qui injuriam dixerint alicui Concionatori . . . . . . R. 168.
Quod Potestas, et Capitaneus in eorum adventu deferant Blavia offerenda Ecclesię B: Feliciani . . . . R. 169.
De Camerario eligendo, et ejus Notario . . . . R. 170.
De expensis faciendis per Camerarium Comunis Fulginei . . . . R. 171.
Quod Camerarius Comunis Fulginei intendat circa reparationem, et conservationem Bonorum dicti Comunis . . . . R. 172.
De Ratione reddenda per Camerarium Comuni Fulgin . . . . . . R. 173.
De Hijs, qui extraxherint, seu delaniaverint Acta, seu Scripturas de Libris Comunis Fulgin . . . . R. 174.
De Condemnationibus exigendis per Comune Fulgin . . . . R. 175.
Quod Capitaneus possit cognoscere de Maleficijs, quę committerentur in sui presentia . . . . R. 176.
Quod nec Potestas, nec Capitaneus Civitatis Fulgin! valeant habere partem de aliqua condemnatione . . . . R. 177.
De Exbanditis capiendis . . . . R. 178.
Quod quilibet possit in una Accusa quot voluerit accusare . . R. 179.
Quod nullus Uxuratus audeat allegare privilegium Clericatus . . R. 180.
De Apodissis scribendis solutionum quarumcumque quantitatum per Notarium Priorum . . . . R. 181.
Capitolum contra Corruptores Officialium . . . . R. 182.
Capitolum de Damnis datis . . . . R. 183.
De Mulieribus malę famę non morandis infra Muros veteres Civitatis Fulgin! . . . . R. 184.
De re in enfiteosim data . . . . R. 185.
De Via facienda juxta Monsorotia Carbonariarum Civitatis Fulgin. R. 186.
De Hijs, qui vendiderint aliquam rem alicui, et promiserint defensorem dare . . . . R. 187.

Capitolum Confalonerij Justitie Comunis, et Populi Civitatis Fulgin. . R. 188.
De Hijs, qui pro aliquo fidejusserint in Curia Civitatis Fulgin. . . . . R. 189.
Quod Camerarius Comunis Fulginei possit petere restitutionem quantitatum pro eo promissarum . . . . R. 190.
De Via facienda juxta Carbonarias veteres Civit. Fulgin. . . . . . R. 191.
De Montarotijs Carbonariarum reinveniendis . . . . R. 192.
De Munimine Civit. Fulgin. . . . . R. 193.
De Hortis, et Fenestris stantibus in Muris Civit. Fulgin. . . . . . R. 194.
De Eleemosina danda Monasterio S. Lucie de Pugillis . . R. 195.
Capitolum de Scortacchiarijs . . . . R. 196.
Quod questiones centum Solidorum, et ab inde infra terminentur per Capitaneum, et ejus Judicem . . . . R. 197.
Quod Homines Villarum Armalupi, Cupuri, et Cassibi vadant ad habitandum ad Castrum Civitelle . . . . R. 198.
De Actatione Fluminis Tupini, ne offendat in Contrada Bertogne. R. 199.
De Ambaxiatoribus dandis, et transmittendis pro parte Comunis Fulgin. ad locum quemcumque ad petitionem cujuslibet nostri Civis . . . . R. 200.
Quod Perusini tractentur ut Cives . . . . R. 201.
De Carbone non extrahendo . . . . R. 202.
De Mulieribus male fame expellendis . . . . R. 203.
De Preceptis guarantigie . . . . R. 204.
De Hijs qui fuerint gravati tempore Corradij Anastasi ex aliqua condemnatione . . . . R. 205.
De Volentibus adacquare terras sitas juxta Flaminiam . . . R. 206.
Quedam additio facta Capitulo de Scortacchiarijs . . . . . . R. 207.
Quod nec Potestas, nec Capitaneus possint se absentare a Civitate Fulgin. sine licentia Consilij Populi Civit. Fulgin. . . . . . R. 208.
De Via qua itur in Pugillis non impedienda . . . . R. 209.
De Ponte construendo in Rigo Vallis . . . . R. 210.
Quod Possessiones Comunis Fulgin. locari, non possint nisi tan-

215v

ſum pro uno Anno . . . . R. 211.

Quedam additio facta Capitulo de Fonte conſtruendo in Rigo Vallis . . . . R. 212.

Capitolum contra Rebelles . . . . R. 213.

De Hijs, qui fecerint aliquam Conventiculam contra preſentem bonum Statum Civitatis Fulginei . . . . R. 214.

De Hijs, qui aliquid tractaverint, quod aliquis Rebellis reintret Civit. Fulgin. . . . . R. 215.

Contra Rebelles . . . . R. 216.

Capitolum contra Rebelles . . . . R. 217.

De Repreſalijs tollendis . . . . R. 218.

De Magiſtris Pannorum Lane habendis in Civit. Fulginei . . . . R. 219.

De Committentibus Maleficia, et nolentibus in Curia Comunis Fulginei conveniri . . . . R. 220

De non extrahendo aliquem ex Juriſdictione Comunis Fulginei . . R. 221.

Quod Exbanditi, et Condemnati Comunis Fulgin. poſſint impunè offendi R. 222.

Quod nullus permittat facere Cuſtodiam niſi pro una Perſona . . R. 223.

De Hijs, qui opposuerint aliquam exceptionem excommunicationis, vel datij non ſoluti . . . . R. 224.

De Aſſidibus vendendis in Platea veteri Comunis Fulginei . . . . R. 225.

Qualiter locari debeant poſſeſſiones Comunis . . . . R. 226.

De electione Notarij ſuper damnis datis . . . . R. 227.

De Puteo, ſeu Ciſterna facienda in Valle Righi . . . . . . R. 228.

De Hijs qui eſſe debent de Conſilio Populi . . . . R. 229.

Quod Poteſtas ſuis expenſis habeat Cartas, et alia neceſſaria . . . R. 230.

De electione Priorum Populi, et eorum officio . . . . R. 231.

Quod D. Episcopus Fulgin., et ejus Familiares, et Clerici beneficiati habeantur, et tractentur ut Cives . . . . R. 232.

Quod D. Episcopo Fulgin., ac ipſius Sindaco, et Procuratori fiat juſtitie complementum . . . . R. 233.

Quod Poteſtas, et alij Officiales Civit. Fulgin. exhibeant brachium ſeculare D.no Epis. Fulgin. . . . . R. 234.

Qualiter pecuniæ Civit. Fulgin. per Camerarium expendantur . . . . . . R. 235.
De pactis observandis per Magistros Lignaminum, et Lapidum . . . R. 236.
De prestantijs imponendis . . . . R. 237.
De Rebus litigiosis non emendis . . . . R. 238.
De Pedagio non exigendo per aliquam Personam in aliquo loco jurisdictionis Comunis Fulginei, nisi illud exigeretur pro Comuni pred.o . . R. 239.
De adjutorio exhibendo in opere major. Ecclesiæ Fulgin. . . . . . R. 240.
Quod Campanario Turris Comunis Fulgin. fiat, et debet una Tunica valoris duorum Florenorum . . . . R. 241.
De Tabernis non tenendis in Villa Flamignani, et non ludendo in ipsa Villa, nec in Villa S. Heracchi ad ludum taxillorum . . . . . . R. 242.
De elemosina danda per Camerarium Comunis Fulgin. pro Pauperibus verecundis de Fulgin. . . . . R. 243.
De Lignis non incidendis, nisi temporibus congruis . . . . R. 244.
De turpitudine non tenenda in Casalenis Domorum olim Corradi Anastasij . . . . R. 245.
De elemosina danda per Comun. Fulgin. in opere Monasterij S. Catherinæ de Monte Sineij . . . . R. 246.
De adjutorio faciendo in opere Ecclesiæ Loci Fratrum S. Jacobbi ab acqua ordinis Servorum S. Mariæ . . . . R. 247.
De adjutorio faciendo in opere Ecclesiæ Loci Fratrum S. Dominici de Fulgin. . . . . R. 248.
Quod Mulier ante ingressum faciendum per eam pro Moniali in aliquod Monasterium possit donationem facere de Bonis suis Patri, aut Matri ipsius, aut alijs quibuscumque sibi placuerit . . . . . R. 249.
De Detemptis in Carceribus Comunis Fulgin., non liberandis in die Veneris Sancti, nisi forma infrascripta servata . . . . R. 250.
Quod Carbonariæ novæ, et veteres remundentur . . . . R. 251.
De electione, et officio Notariorum deputandorum super Libris Extimi, nec non condemnationum, et Actorum Comun. Fulgin. . . . R. 252.
Quedam additio facta Capitulo posito sub. Rub. de electione

Priorum, et eorum officio . . . . R. 253.
Quod Potestas, et Capitaneus habeant partem de pecunia, quam facient devenire in Comuni ab illis, qui facerent contra formam Statutorum loquentium de Sponsalitijs, et corruttis mortuorum . . . . R. 254.
De Battemaglijs, et Mancis non faciendis ultra quantitatem decem solidorum . . . . R. 255.
Quod accipientes Cereos in Vigilia Festi B. Feliciani, et non solventes infra Mensem illis, quibus tenentur, pignorentur, et graventur . . . R. 256.
Quod retentio possessionis per Laboratorem non prejudicet Emptori ipsius si pro ipsa solverit datia, et collectas . . . . R. 257.
Quod in Fossato Renario Bestię non scorticentur . . . . R. 258.
Quod Mercatores de Fulgineo possint extrahere eorum Mercantias de Civitate Fulgin. infra Mensem sine solutione Gabellę . . . . . R. 259.
Capitolum de Salenarijs . . . . R. 260.
Quod Comitatenses aliquibus officijs Comun. Fulgin. ligna, et stramina deferre nullatenus teneantur . . . . R. 261.
De Bladio offerendo ad Altare Ecclesię S. Feliciani de Mormonsone per Priores Populi, et Confalonerium Justitię Civitatis Fulgin. octava die Festi S. Feliciani . . . . R. 262.
Capitolum factum super declaratione Statutorum Comunis, et Populi Civit. Fulgin. loquentium de Compromissis fieri debendis. R. 263.

217v

213v

221v

222

¶ Vide et de dictione citra/ ut al. dicti [...] et [...] (margin)

Et et statuimus et ordinamus quod omnes et singuli provincia-
les qui hedificaverint seu hedificari fecerint
castrum roccham seu fortellitium aliquod in dicta provin-
tia/ ab anno domini MCCCLIV citra/ teneantur et debeant
sub pena duorum milium flor. camere apostolice applicandorum/
docere et nobis fidem facere/ de eorum licentiis/ quod edificare
potuerint dicta fortellitia infra duos menses a die pub-
licationis huiusmodi constitutionis in curia generali computan-
dos/ quo tempore elapso/ nisi docuerint et fidem fecerint
de dictis licentiis/ eas cassamus irritamus et annullamus et
pro non concessis haberi volumus ¶ Et idem sub eadem pena facere
teneantur omnes qui a dicto millesimo citra acquisiverunt castr-
um seu fortellitium aliquod in dicta provincia/ et teneantur infra
duos menses fidem facere nobis et docere de eorum titulis et
modis acquisitionis ¶ Et ut plenius fraudibus obvietur/
statuimus et ordinamus/ quod nulla persona de dicta pro-
vincia ecclesiastica vel mundana/ audeat vel presumat sub
pena inter quolibet mille flor. auri camere romane ecclesie
apostolice applicandorum/ vendere seu donare seu alio quovis ti-
tulo alienare absque licentia rectoris illius provincie/ bona
aliqua immobilia in dicta provincia constituta/ que non solvant
collectas tallias seu alia sustineant onera in illa provincia
in qua fuerint dicta bona ¶ Nullus quoque cuiuscumque conditionis ex-
istat/ nisi fuerit de suis/ sub pena predicta audeat vel presum-
at adire hereditatem alicuius decedentis ab intestato in dicta
provincia constitutam/ nec eius bona apprehendere sine li-
centia rectoris illius provincie/ in qua dicta hereditas fuerit
constituta ¶ Volumus insuper et mandamus/ quod per unumquemque
rectorem quarumque provinciarum superdictarum/ presens nostra constitutio
publicetur in earum curia generali/ et in sollempnioribus locis
dicte provincie/ ac etiam incorporetur et inseratur in volumine
constitutionum generalium provinciarum superdictarum ¶ Date Bon(onie)
[...] kl. aprilis pontificatus domini nostri domini Gregorii pape XI anno
quinto.

¶ De pena illorum qui edificaverint fortellitia etc. (margin)

Anno domini MCCCLXXV indictione XIII tempore domini Gregorii pape XI
die XXVI mensis aprilis publicata fuit dicta constitutio per dic-
tum thesaurarium marchie in audientia curie generalis

COMUNE DI FOLIGNO
BIBLIOTECA [...]

[illegible] firmiter

Urbanus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei me-
moriam. Licet cunctos christi fideles favore benivolo fo-
veamus, illos tamen qui romane ecclesie nullo medio subiecti nos-
cuntur, ut ipsorum parcatur laboribus et expensis, prerogati-
va favoris gratie prosequimur amplioris. Sane nuper
relatione fidedigna ad nostrum pervenit auditum,
quod non nulli tam in civilibus quam in criminalibus causis in nostris pro-
vinciarum ac civitatum terrarum dicte ecclesie inmediate
subiectarum, licet litigantes inmediatos iudices habeant,
ad quos possunt cum gravantur appellare, nec de veritate
cause celeriter cognoscant, ut appellatis sinistram
[illegible] velit, gravibus fatigent laboribus et expensis,
ad sedem apostolicam vel eius legatum aut alios obmis-
sis huiusmodi mediis appellationem interponunt. Cum
autem appellationis remedium non ad diffugium malignorum
sed oppressorum subsidium sit inventum. Nos in hac parte
pro celeriori causarum expeditione equitatem iuris
[illegible] volentes, tenore presentium ordinamus, quod singuli
in eisdem provinciis, civitatibus et diocesibus in causis [illegible]
[illegible] tam civilibus quam criminalibus, in causis in quibus appellare
permictitur, voluerit appellare, non ad sedem apostolicam
vel eius legatum seu rectorem aut alium quemcumque in-
diciem mediatum, licet et ad eos de iure appellatio vale-
ret, sed ad iudicem inmediatum debeat appellare.
Statuentes quod cum a iudicibus, potestatibus, capitaneis
et aliis officialibus civitatum, terrarum seu castrorum eius-
dem ecclesie, qui rectores non existunt provinciis, fuerit ap-
pellandum, ad rectores provinciarum earundem quorum
ipse civitates, terre et castra pro tempore eandem [illegible]
sunt regiminis, tamquam ad eorum inmediatos iudices, et non
ad sedem apostolicam, legatum et rectores predictos directo
appelletur. Appellationes vero aliter interposite pro non habeantur
ac si ad inmediatos iudices interposite fuissent, et de
appellationibus ipsis per eosdem iudices cognoscant. Cause

Ad sedem apostolicam neque ad eius legatum vel rectorem non potest obmissis mediis appellari, et [illegible] fiat pro nichilo et ac si ad proximum iudicem fuit appellatum. Et nota quod si aliqua terra non est directe provincia, eius homines debent appellare non ad papam vel eius legatum vel rectorem vel alium iudicem mediatum sed ad rectores provinciarum. Et hanc addam statutorum [illegible] incipit bone memorie [illegible] de pena pro non appell. 27

Nota nota nota.

Nota quod a sententia potestatis, proconsulum, arbitrorum et similium non valet appellatio ad rectores sed debet fieri ad capitaneos vel iudices appellationum [illegible]

Nota quod [illegible] vel terra aliqua habet ex privilegio vel capitulo suum iudicem appellationum

230v

uo appellum [illegible] promissum forum omissis/ i curia roma-
na pendentes/ in eo statu i quo sunt/ ad huiusmodi i-
mediatos iudices/ ad quos appellari debuit/ remit-
tant per eos audiendas et terminandas. Consti-
tutionibus apostolicis ceteris non obstantibus quibuscumque. Nulli
ergo omnino hominum liceat/ hanc paginam nostre ordina-
tionis constitutionis et voluntatis infringere/ vel ei
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
presumpserit/ indignationem omnipotentis dei et beatorum
Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum/
Datum Rome apud sanctum petrum tertio kl. Ianuarii ponti-
ficatus nostri anno septimo.

Explete ac finite fuerunt constitutiones prefate per me bar-
tholomeum bruntesi de fulgineo sub annis domini nostri yhesu xpi
ab eius dom. nativitate millesimo ccccº xliijº Indictione vj die uero xiiij 1443
may tempore pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini nostri do-
mini Eugenij divina misericordia dignissimi pape quarti. Nec non
tempore regiminis et gubernationis magnifici et generosi militis domini Fran-
cisci carramoli de nobilibus de neapoli tunc temporis gubernatoris et
locumtenentis benemeriti dicte civitatis pro sancta romana ecclesia et
prefato domino nostro papa. Anno misse [?] et decimo pontificatus et re-
giminis supradictis. Laus deo omnipotenti qui est benedictus
per infinita secula seculorum amen amen.

Pone quod aliqua civitas vel terra ecclesie immediate subiecta habet ex privilegio
suum iudicem appellationum et primarum causarum appellationum/ modo potestas vel officialis illius
loci/ habet suam/ ut expriatus appellavit non ad papam vel dominum vel eius
legatum/ sed ad rectorem provincie sub qua est dicta terra vel civitas vel et vicina/
an potest/ recte non/ primo rationem/ quia datur est dicte civitati iudex specialis favore
publico per [illegible] dicti loci/ ergo non potest removeri/ c. si diligenti de foro compe.
Secundo. per constitutiones papales et positas ut habemus supra i. [illegible]. omne imperium ratione
aut aliter/ obmissis huiusmodi mediis supra et [illegible]. Non in hac parte ratione ubi
aut aliquemcumque iudicem supra/ in quibus prima/ quod non solum excludit quod non
possit appellari ad papam vel eius legatum vel [illegible]/ sed et ad quemlibet
alium iudicem mediatum/ sed alias fieret de iure posset/ Non ob. [illegible]. Statuentes supra
quia loquitur de locis vicinis provincie rectoribus/ et et intelligo dummodo non habeant
propter iudices speciales appellationum/ alias papa hic corrigeret in hac parte ipsum/ et
[illegible] ad ea supra per hoc facit tex. ibi et vicarios potestatis/ et non repetit
et aliquemlibet iudicem sed vero/ quia vero intelligat sub illo verbo quemlibet alium iudicem
et de ipso rectore qui est mediatus ut vero/ facit quia est terra eadem ratione/ item quia
praeterea loquitur generaliter de quolibet alio iudice/ ergo supra. c. solite de ma. et obe.
[illegible] non tu fulginas/ ut castris et specularum [illegible] supra.

Salaria advocatorum

+ Assignatio salarii pro patrocinio advocatorum curie generalis in singulis causis videlicet in causis civilibus primarum causarum ubi petitur executio instrumenti secundum formam constitutionum finem litibus imponere cupientes etc.

Civilium causarum primarum

Si valor cause fuerit quinquaginta librarum denariorum vel infra salarium sit — duorum florenorum
Si sit maior non tamen excedat centum libras denariorum salarium sit — trium florenorum
Si sit maior non tamen excedat ~~ducentas~~ ducentas libras salarium sit — quinque florenorum
Si sit maior non tamen excedat trecentas libras salarium sit — octo florenorum
Si sit maior non tamen excedat quingentas libras salarium sit — decem florenorum
Si sit maior non tamen excedat mille libras salarium sit — viginti florenorum
Si fuerit maior non tamen excedat duomilia libras salarium sit — xxv. florenorum
Si non fuerit maior cuiuscumque quantitatis salarium sit — xxx. florenorum
Si non agatur per modum libelli absque instrumento publico quod petatur executioni mandari salarium sit ultra quartum plus.

Criminalium causarum primarum

In causis vero criminalibus si quidem causa sit capitalis videlicet pena mortis si bona sua non excedant ducentas libras denariorum salarium sit — decem florenorum auri
Abinde vero supra sit duplum eius quod datum est in causis civilibus primis.
Si vero non sit pena mortis sed membri principalis vel in defertum salarium sit quartum minus eius quod datum est in causa capitali.
Si vero pena sit mere pecuniaria salarium sit sicut quod datum est in causis civilibus.

Causarum primarum beneficialium

In causis beneficialibus fiat extimatio illius beneficii secundum et secundum ~~extimatis~~ quantitatem illius extimationis salarium sit duplum eius quod datum est in primis causis civilibus.

Causarum appellationum

Si autem sit causa appellationis si causa sit prime appellationis vel secunde devolute ad curiam generalem de extra ipsam curiam salarium sit sicut datum est in causis primis civilibus.

Si autem sit causa appellationis devolute ad curiam generalem de eadem curia, si quidem appellatio sit a diffinitiva sententia in qua idem fuit advocatus in prima salarium sit medietas eius quod datum est in prima causa alias tantundem quantum in prima.

Si vero ab interlocutoria et idem fuit advocatus non accipiat novum salarium. Si vero novus fuit advocatus tunc accipiat medietatem eius quod respiceret si esset a diffinitiva sententia.

Procuratorum salarium

Procuratores vero accipiant dimidium eius quod declaratum est pro salario advocatorum supra.

Il presente Libro di Statuto del Popolo

spettava

all'Ill.mo S.r Sig.r Giambatta Frenfanelli Nobile

Patrizio di q.sta Ill.ma Città di Foligno il

qual Sig.re lo donò alla Comtà ed Esiti

in q.sta Segretaria in tempo della

sua Magistratura che era Confalonie-

re, e Capo de Priori, che seguì nel

Bimestre di Luglio ed Agosto

dell'Anno 1764

232

4

Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre et in ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum
Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine Crucifixus mortuus et sepultus descendit
ad inferos tertia die resurrexit a mortuis ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipoten
tis inde venturus est iudicare vivos et mortuos Credo in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam sanctorum comunione
Carnis resurrectionem vitam eternam amen.

Peccata mortalia sunt 7 superbia / avaritia / luxuria / invidia / gula / ira / accidia.

Dona spiritus sancti sunt hec spiritus consilii / spiritus fortitudinis / spiritus scientie spiritus pietatis / spiritus sapientie / spiritus intellectus /
spiritus timoris domini et sunt 7.

Opera misericordie sunt hec pascere esurientes / potare sitientes / vestire nudum / visitare infirmos /
hospitare peregrinos / visitare incarceratos / sepellire mortuos / et sunt 7.

Sacramenta ecclesie sunt 7 baptismus / confirmatio / penitentia / comunio / matrimonium / ordo sacer / extrema unctio.

Virtutes sunt 7 fides / spes / caritas iustitia / fortitudo / temperantia / prudentia.

Sermo [illegible] Cela secreta / loquere pauca / verax esto / noli esse velox / turpia tace / [illegible] / [illegible]

233r

Rubrice i. li. constitutionum

Infrascripte sunt Rubrice primi libri constitutionum sancte matris Ecclesie Et primo

Prohemium Rubrica — i

Privilegium maioris presati domini legati maioris domini pape Rubrica — ii

Potestas absolvendi et restituendi Rubrica — iii

Super eadem pro illis qui post adventum domini se rebellaverunt Rubrica — iiii

Super absolutione hereticorum et fautorum Rubrica — v

Quod possit componere super homicidio Rubrica — vi

Super bonis confiscatis que possit concedere Rubrica — vii

Contra illos qui ordinant de appellationibus faciendis

De cassatione officialium et statutorum factorum contra ecclesias pro usurpatione appellationum que pertinent ad ecclesiam et eorum officiales Rubrica — viii

De offendentibus occidentibus et obsidentibus rectorem thesaurarium aut alios officiales eorum Ecclesie in marchia Et incitantibus populum ad rebellionem seditionem aut conspirationem Rubrica — ix

De non eligendo potestatem dominum defensorem vel hospitalem in terris ubi debent deputari per ecclesiam et non administrando ante confirmationem ubi confirmatio pertinet ad ecclesiam Rubrica — x

De non dicendo ius sibi ipsi et non faciendo guerram nisi de licentia rectoris et non capiendo homines vel predas vel expellendo aliquem de domo sua — xi

De locationibus arrendationibus et custodia roccarum pontium et castellaniarum ecclesie Et de dispositionibus rectorum thesaurariorum ut habeant puras manus et abstineant se ab inhonestis negotiationibus — xii

234r

De exemptione castrorum comitatus quodam fany ⁊ iuris
dictione ipsius civitatis fanesis. Rª — 13
De pressionibus factis per census ⁊ affictus non solutos 14
De rectore ne prumpat in thesaurarium ⁊ eius
officiales Rª — 15
De prohibitione compositionis super homicidio Rª — 16
De prohibitione / compositionis / cassationis / ⁊ suspensionis
processus per rectorem seu thesaurario Rª. 17
De prohibitione questus ex venditione baraptarie seu
ludi / ⁊ et questu meretricum Rª. — xviij

li. 2.

Infrascripte sunt Rª 2ᵉ li. qstit. ecc°.
De officio ⁊ iurisdictione rectoris cuiuscumque provincie Rª 19
De numero ⁊ distributione officialium curie cuiuscumque
provincie Rª — xx
De audientia danda ⁊ copia seu facienda per
rectorem Rª — xxi
De vita / honestate / ⁊ habitatione rectorum ⁊
suorum officialium Rª — xxij
De officio quatuor iudicum curie generalis marchie 23
De officio iudicum presidatuum Rª — 24
De officio marescalli Rª — 25
De officio ⁊ mercede notariorum camere rectoris
⁊ seu sigilli Rª — 26
De solutione thesaurarii Rª — 27
De salario ⁊ mercede scriptorum notariorum bancarum 28
De sigillis pertinentibus ad banchas ⁊ eorum solutionibus 29
De viagiis iudicum ⁊ officialium ⁊ aliorum ac
remissione palatio Rª — 30

¶ De executoribus et executionibus R[ubric]a — — — 31
¶ De salario executorum constitutorum adiuncta R[ubric]a — — 32
¶ De capitibus solidorum et salariis solutionum camere a litigantibus. R[ubric]a. — — — — 33
¶ De advocato et procuratore fisci adversus camere et pauperum et procuratore ad negotia camere R[ubric]a 34
¶ De advocatis et procuratoribus collegii curie generalis 35
¶ De salario advocatorum et procuratorum R[ubric]a — — 36
¶ De salario pro tempore futuro non exigendo ab advocatis / procuratoribus seu sindicis R[ubric]a — — 37
¶ De curialibus curie generalis R[ubric]a — — 38
¶ Item neapoleo R[ubric]a. — — — 39
¶ De baiulis et provinciis R[ubric]a — — — — 40
¶ De custodia carceris, captivorum detentorum curie generalis R[ubric]a — — — — 41
¶ De statutis et ordinamentis terrarum R[ubric]a. — — 42
¶ Quod non fiant statuta terrarum ex gravatorum vel arbitrii vel plurimorum qui habeant impedire appellare volentes etc. — — — /43.) — fo 170
¶ Quod non honera et prestantie ipsorum debeant et qualiter forma fiunt in eis — 44.) — fo. 171
¶ Quo modo possit datia et collectas inducere et pena alter inducentium — — 45.) — fo 171.
¶ Quod pecunia redacta ex datiis et collectis non detur alicui privato et pena contrafacientium 46.) — fo 172
¶ Quod pacta quietatio remissio liberatio facta potestatibus vel pro preeminentibus non valeat 47.) — fo. 172.
¶ De potestatibus et officialibus eligendis pro certo / teris in certis terris. R[ubric]a — — — — 48
¶ De ambaxiatoribus et ambaxiatis mittendis per terras ad curiam. R[ubric]a — — — 49
¶ De sindicatu officialium R[ubric]a — — — — 50
¶ De parlamento et exercitu R[ubric]a — — — 51
¶ De securitate venientium ad curiam R[ubric]a — 52

Contra impedientes appellare

De datiis et collectis

De custodia fortilitiarum et roccharum que tenentur per ecclesiam R. liij
De terris rocchis et locis Romane ecclesie non occupandis et occupatis restituendis R. liiij
De fortilitiis absque licentia summi pontificis vel legati non hedificandis nec reparandis R. lv
De locis rectoris et sue curie recipiendis ut decet et logeriis faciendis R. lvj
De exilio non ponendo provincialibus R. lvij
De victualibus non portandis extra provinciam lviij

De compositione super maleficiis et condemnationibus lviiij
De non exercendo officium aliquod per substitutum vel ministrum sine licentia rectoris R. 60
remissio in malleficiis — De bannitis condemnatis rebellibus et malefactoribus capiendis et remictendis R. 61
De prohibitione et reparatione castri montis offi 62
De privilegiis terrarum et iurisdictionum pretendentium ut exibeant et registrent R. 63
De descriptionibus et distinctionibus terrarum et comitatum R. 64
De signis clavium ecclesie apponendis in locis publicis et patentibus et tubis R. 65

li. 3 const. — Incipiunt Rubrice tertii libri constitutionum et primo
De officio rectoris seu auditoris super spiritualibus 66
De officio iudicis super spiritualibus marchie R. 67
De modo procedendi super spiritualibus R. lxviij
De excommunicationibus et aliis dictis in favorem appellantium et prosequentium ius suum in curia 69

235v

¶ De modo deferendi corpus xpi ad infirmum 70
¶ Ut missa non celebret sine lumine cereo 71
¶ De pena admittentium publice excommunicatos
tum vel interdictum R[ubrica]. 72
¶ De non celebrando in locis interdictis et non participa
ndo cum excommunicatis R[ubrica]. 73
¶ De pena excommunicati vel suspensi immiscentis se
divinis R[ubrica]. 74
¶ Ne clerici incedant sine tonsura et habitu et ne
secularibus et inhonestis actibus se immisceantur 75 76
¶ Ne clerici fenerent R[ubrica].
¶ Ne usurarii absolvantur vel gaudeant ecclesiastica
sepultura preter certa forma R[ubrica]. 77
¶ De pena clericorum tenentium publice concubinam 78
¶ De pena clerici arma portantis R[ubrica]. 79
¶ De pena clerici arma portantis R[ubrica]. lxxx
¶ Ne clerici incedant post tertium sonum campane lxxxi
¶ De hora celebrandi matutina R[ubrica].
¶ De pignorantibus sacra vasa et recipientibus ea lxxxii
pignori R[ubrica].
¶ Ne clerici assumant officia curie nec exerceant ad
vocationem in foro seculari et de pena admittentium 83
eosdem R[ubrica].
¶ Ne clerici recipiant [illegible] in fraudem collectarum et
de pena [illegible] R[ubrica]. 84
¶ De pena sustinentium sententiam excommunicationis vel sen
tentie [illegible] ultra certa tempora R[ubrica]. 85 86
¶ Ut quilibet episcopus habeat procuratorem in curia generali
¶ Ut episcopi et prelati et religiosi et ceteri exempti
teneant sententias excommunicationes suspensiones 87
et interdicta de privilegio [illegible] circa predicta R[ubrica].
¶ Ut notificatio sententie excommunicationis et interdicti
possit fieri per edictum R[ubrica]. 88
¶ Ut inquisitores non procedant sicut nec colore quesito
[illegible] aliquem nec hereticum nec [illegible] ad heresim
non [illegible] manifeste nec contra [illegible]
dulgentie privilegium procedant nec [illegible] licen
tiam armorum nisi certo personis ut hic continetur R[ubrica]. 89

li 4 Incipit liber quartus [illegible]

¶ De modo procedendi super maleficiis [illegible] delinquentes 90
¶ In quibus casibus possint per inquisitores ex officio procedi 91

¶ De annuntiatoribus deputandis et sindicis communis
p universitatibus. R. — 92
¶ De abolitione concedenda R. — 93
¶ De modo referendi citationis et bann. R. — 94
¶ De puctione R. — 95
¶ De non ponendo aliquem in carcere sine mandato recto
ris R. — 96
¶ De procuratoribus admittendis in criminalibus — 97
¶ De filiis familias adultis et mulieribus qui ad
mittantur in causis criminalibus R. — 98
¶ De commissione testium in criminalibus — 99
¶ De probatione fame et confessionum que sufficiant in rob
bariis et damnis datis et certis aliis casibus R. — 100
¶ De malefactoribus qui non apparent in citatione quo — 101
citetur R. — 102
¶ De condemnationibus in causis criminalibus R.
¶ De mitigatione penarum pro pace et solutione — 103
infra xv. dies et nimia paupertate R. — 104
¶ De augumentatione penarum
¶ De banitis condemnatis pro malefitio R. — 105
¶ De bannitis condemnatis pro maleficio R.
¶ De pena eligentium vel assumentium aliquem in recto
rem regem principem vel potentatum in terris
etc. R. — 166
¶ De pena occupantium vel occupata tenentium per ti
rannidem aliqua terram etc. vel usurpantium iu
risdictionem et eligentium in eis rectorum contra formam
constitutionis R. — 107
¶ De rebellibus et inimicis etc. et prebentibus eisdem
auxilium consilium et favorem. R. — 108
¶ De pena facientium guerras exercitus vel caval
catas et facientium ad id apparatum aliquem
vel congregationem gentium R. — 109
¶ De represaliis non concedendis R. — 110
¶ De pena facientium confederationem ligam vel conven
ticulam R. — 111
¶ Quod nullus assumat in capitaneum potestatem
confalonerium vel officiales aliquos per communitates in terra — 112
¶ De pena tenentium simul plura officia et continu
antium officium R. — 113
¶ De pena impedientium officiales in eorum officio — 114
¶ De pena impedientium personas et personam volen
tes suam iura in Romana curia vel curiis rectorum
prosequi etc. — 115

li. 4. 9ss.

De homicidio R. — 116
De pena amputantium manum pedem nasum digitum vel membrum aliud vel ea debilitantium et dentes frangentium aut rad[ere] facientium — 117
De pena percutientium cum armis R. — 118
De pena percutientium et offendentium in persona sine armis R. — 119
De pena insultantium aliquem et evaginantium arma et adminantium cum eis R. — 120
De verbis iniuriosis et minatoriis R. — 121
De pena ponentium ad domum habitationis alicuius rem iniuriosam vel diffamatoriam R. — 122
De mandantibus assistentibus auxiliantibus et fautoribus R. — 123
De defensione et invocatione auxilii domini potestatis vel legati vel rectoris pro tunc in potestatione R. — 124 — 125
De falsariis R. — 126
De privatis carceribus R. — 127
De latronibus, robbatoribus, et furibus R. — 127
De pena inferentium vim expulsivam vel turbativam in rebus alterius R. — 128 — 129
De veneficiis R.
De raptu mulierum et adulterio incestu et fornicatione et stupro R. — 130 — 131
De pena degerantis R.
De pena petentis plus debito vel debitum iam solutum R. — 132
De pena rumpentium pacem R. — 133
De pena nominantium iniuriose aliquam partem guelfam vel guebbellinam R. — 134
De prohibita portatione armorum R. — 135
De pena destruentium domos sine licentia rectoris R. — 136
De pena auferentium novum sive prohibitum pedagium — 137
Quod unaquaeque terra teneat suas stratas et loca servet R. — 138
De pena non reficientium pontes, vias, et fontes — 139
De aucupantibus et venatoribus R. — 140
De pena eligentium rebelles et bannitos etc. R. — 141
De pena non parentis mandato officialis R. — 142
De penis pecuniariis ad quam monetam intelligatur — 143

De materijs in quibus constitutiones non est determinata pena Rubrica 144

li. v. cost. Incipiunt Rubrice v. li. constitutionum cap. de causis civilibus cap.

De officio et iurisdictione iudicis causarum civilium Rubrica 145
De modo procedendi in causis civilibus non excedentibus summam centum solidorum Rubrica 146
De modo procedendi quando de debito apparet publicum instrumentum vel testamentum aut alia ultima voluntas publica Rubrica 147
De modo procedendi super causis civilibus excedentibus summam centum solidorum Rubrica 148
Quod in causis ubi petitur reintegratio possessionis procedatur summarie Rubrica 149
De procuratoribus constituendis per tutores et curatores 150
De prohibito officio procurationis et sindicatus iudicis 151
De exceptionibus que non impediunt litis ingressum et refutatur Rubrica 152
De prescriptione sex annorum contra instrumenta iudeorum et usurariorum 153
De responsione facienda positionibus Rubrica 154
De cavillosis seu calumniosis exceptionibus refrenandis 155
Que forma sit servanda in alienationibus rerum minorum 156
De simulatis contractibus Rubrica 157
De non faciendo contractum cum illo cui fuerit interdicta bonorum suorum administratio per iudicem Rubrica 158
Ne clericum ad procurationem admittat Rubrica 159
De actis et instrumentis productis quam restituantur dato tempore ad accipiendum copiam Rubrica 160

li. vj. cost. Incipiunt Rubrice vj. li. constitutionum cap.

De officio et iurisdictione iudicis appellationum et quod ad ipsum et rectore possit libere appellari Rubrica 161
Quod non appelletur ad papam obmisso medio et quibus cognitionis fiat de appellationibus interpositis a rectore Rubrica 162
Quod appellatio interposita possit coram iudice ad quem appellatur 163
De petitione et exhibitione apostolorum Rubrica 164

237v

¶ De appellationibus uiua uoce quo ualeant R. — 165
¶ Forma qualiter appellatur in casibus appellationum tam ante sententiam quam post R. — 166
¶ De appellationibus interlocutoriis interponendis in iudiciis generalibus communis celeriter expediendis R. — 167
¶ Quod restitutio in integrum peti possit durante iure et ob missis administratoribus et causa agentibus — 168
¶ Quod appellationis remedio non possit renuntiari — 169
¶ Quod acta exibeant in iudicio quando appellatur in casibus criminalibus Et quomodo procedatur quando non exibentur R. — 170
¶ De modo procedendi super secundis appellationibus que interponuntur ad rectorem communis et suos offitiales R. — 171
¶ De modo soluendi salarium super appellationibus — 172
¶ Quibus diebus et temporibus termini et tempora non currant in casibus appellationum et aliis R. — 173
¶ De feriis R. — 174
¶ Quod iudices presidatuum cognoscant appellationes coram eis interpositas ad curiam R. — 175
¶ De pena non recognoscentium seu recusantium recipere rogitum de appellationibus et presentationibus earum R. — 176
¶ De instantiis appellationum et terminis ponendis in registris et earum solutionibus R. — 177
¶ Quod a rectore communis iudicibus appelletur coram eis et nullus alius notificet uel scribat appellationem que alibi interponetur a rectore uel suis iudicibus R. — 178
¶ De non faciendo executionem ante x dies R. — 179
¶ Quod appellationibus non currant aliqui termini ordinatis per statuta ad soluendum R. — 180
¶ Quod nullus offitialis debeat committere punctum alicuius quoniam ante uel post diffinitiuam sententiam R. — 181
¶ De pena innouantium aliquid et facientium contra appellantes siue appellare uolentes ad curiam generale communis R. — 182 *Innouatio contra appellantes*
¶ De inhibitione innouationis contra appellantes et reuocatione innouatorum in generali et speciali R. — 183
¶ Quod nullus qui contra appellationem fecerit audiatur super defensione R. — 184
¶ Qui cognoscere debeat contra innouantes appellatione pendente uel impedientes appellantes uel eorum procuratores aut contra consanguineos et affines R. — 185

De diversis iuribus constitutionibus que debent inobservantia punalez R — 186
De robore constitutionum presentis voluminis et copia vera et recipienda [illegible] R — 187

li. 7. 9sti

Incipit R li. vij. 9sti 2°
De salario executorum qui vadunt et committentes alij qui mittuntur de cetero solum de bonis malefactorum et non de bonis communitatum si solvendo malefactores sunt R — 188

Aqua agrimonie destillata ut bibatur [illegible] ut optimum [illegible]

[illegible]

Contra non solventes

De iura non solventium datia collectas vel alia honera [illegible] R 61 / 143 / 148 / 224

Item in statuto [illegible] li. 1. R 76 [illegible] / li. 3. R 2 / 3 / 4 / 58

Coris li. 1. R 76 / 3 R 2 / 3 / 4 / 58

R 61 / 143 / 148 / 224

Possessiones posite in comitatu vel districtu [illegible] tributarie [illegible] R 61 [illegible]

De libro rosso

238v